turp. caus. Menoch. de arbitrar. l. 2. centuria 2. casu 135. n. 9. Mascar. de probat. concl. 1055. n. 54. Et ex Theologis *Palac. 4. d. 29. disp. 1. f. 654. vers. Adverte autem, Philarchus de matr. c. 40. f. 1070. l. 2. s. 8. ad fi. Lud. Lop. 2. p. instructor. de matr. c. 40. f. 1070.*

21 Sit tamen prima conclusio, Metus amissionis bonorum cadit in virum constantem. Prob. quia æquiparatur metui mortis. Ut bene docent *Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 369.* nam bona sunt quædam hominis vita. Ut prob. ex *l. Advocati 14. C. de advocat. divers. jud.* ibi, *vitam defendunt*, ubi *gl. verb. Vitam*, explicat, ut non perdant, quod habent. Idemque comprobat Hesiodi carmen, *pecunia est anima miseris mortalibus*. Sic *gl. un. verb. Caduc. de his quæ vi, in 6. & ibi Joannes Monachus, num. 5. Albertus Brunus inter consilia feudalia, cons. 82. n. 7.* & Doctores omnes numero sequenti allegandi.

22 II. Concl. Metus amissionis majoris partis bonorum cadit in virum constantem. Probatur ex *c. 1. de rest. spoliat. in fine princip.* ibi, *illum autem spoliatum intelligi volumus, qui tota sua substantia, vel majori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat.* Et *l. Propter litem, in principio, ff. de exceptat. iuro.* ibi, *nisi forte de omnibus bonis, aut plurima parte eorum controversia sit.* Item quia hæc amissio adeo grave damnum reputatur, morti æquiparatur. Ut late probat *Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 369.* ergo ejus metus est viri constantis. Ita tenet *Inn.* licet sub aliquali dubio, *c. Cum dilectus, n. 1. de his quæ vi*, idem tenet *Joan. Andr. c. 2. n. 2. de his quæ vi*, & *c. Verum, num. 2. de jurejur. Ant. eodem c. 2. num. 3. & 6. Anchar. num. 2. Cardinalis initio, Abb. num. 6. Immola ſtatim in prine. Goſſred. ſum. t. de his quæ vi n. 3. Idem Ant. c. Gemma, num. 7. de ſponſal. & ibi Abb. num. 2. Alex. de Nevo n. 3. Anchar. c. un. de his quæ vi, in 6. fine. & ibi Francus num. 8. & ibi Probus in addit. ad Monachum, num. 8. Barbos. c. 1. n. 11. de offic. deleg. Jaſon. l. Titia, n. 4. in prine. & n. 7. ff. de verb. oblig. Franc. Aret. conſ. 14. n. 15. Roman. l. Interpoſitas num. 9. C. de tranſ.* ubi *Curtius junior n. 7. Alciat. num. 7. Padilla n. 14. Roſel. verb. Metus, num. 1. & ibi Angel. n. 3. Tabiena verb. Coactio, q. 3. nu. 4.* ubi *Armilla n. 3. Gom. Arias l. 47. Taurs, nu. 19. Joan. Capiſtrano in quodam conſilio matr. nu. 23.* habetur *t. 9. tr. nav. Nav. ſum. Lot. c. 22. n. 51. vers. Quintum, Covar. 5. decret. 2. part. cap 3. §. 4. n. 18. Matienzo l. 5. recop. tit. 1. rubr. gloſ. 1. num. 189. Gutter. de juramen. 1. p. c. 57. nnm. 20. Flaminius de reſign. benef. l. 3. qu. 1. n. 155.* Et ex Theologis, *Veracruz 1. p. ſpeculi, a. 8. concl. 2. Manuel, 1. tom. ſum. 2. editione, c. 231. n. 3.*

23 Hanc conclusionem temperant aliqui, quando bona, quorum amissio timetur, magna sunt. Sic *Nav. Philiarc. & Lud. Lop.* quos retuli n. 20. fin. num. 22. ad fin. Verum hoc ita absolute dictum displicet mihi, quia ita gravem jacturam patitur inops ablatis sibi modicis facultatibus, vel majori earum parte, ac ditissimus: imo multo majorem ille patitur, qui alia dimidia bonorum parte sibi relicta, vitam traducere minime potest: hic autem potest. Quare illud admitterem, quando bona adeo exigua sunt, ut illis retentis, aut deperditis, non ideo pauperior, aut ditior, moraliter loquendo, possidens efficiatur: tunc enim cum, id, quod modicum est, pro nihilo reputetur, nullius momenti reputabitur ea jactura.

24 2. Limitatur eadem conclusio, quando talis est major pars ea bonorum, ut metum passus absque illa vitam sustentare minime possit. Sic *Roſel. verb. Metus, n. 1. Ang. ibi, n. 3. Silv. q. 7. Tabiena verb. Coactio, q. 3. n. 4.* ubi *Armilla n. 3.* Additque *Silveſt.* vel saltem requiri, ut attentis facultatibus metum passi, gravem patiatur jacturam, sublata majori bonorum parte. Quia potest (inquit) tam dives esse, ut eam jacturam non taciat, ea ablatione majoris bonorum partis. Ceterum nec hæc limitatio placet: fed universaliter credo esse verum timorem amittendi majorem bonorum partem esse justum. Quia est gravis jactura, atque ita virum constantem merito movere potest. Quod videntur tenere reliqui DD. num. 22. citati, qui absolute, indistincte eam admittunt conclusionem. Et melius *gloſſ. cap. 2. verb. Coactus, de his quæ vi*, ubi *Ant. n. 6. Anch. n. 2.* & *idem Anch. c. un. fine, de his, quæ vi, in 6.* ubi disjunctive dicunt esse metum viri constantis: quando metum passus absque iis bonis vitam transigere non potest, vel gravem patitur jacturam: quam jacturæ gravitatem explicant *Goſſredus ſumma, titulo de his quæ vi, n. 3. Abb. eo c. 3. n. 6.* quando est major bonorum pars: ergo sentiunt fat esse amissionem bonorum, quando est major illorum pars, aut licet non sit talis, quando sine illis vita sustentari nequit. Et expresse esse metum viri constantis, quando est talis gravis jactura, licet absque illis vita sustentari valeat, docent *Veracruz 1. p. ſpeculi, a. 8. concl. 2. Bart. a Led. dub. 23. de matr. fundam. 3.*

25 Imo idem credo, quando non est metus amissionis omnium facultatum, vel majoris partis, si sit metus amissionis rei magnæ, & notabilis. Quia virum constantem jure optimo hoc terret. Sic *Bald. c. Verum, ſtatim in prine. de jurejur. & ibi Alex. de Nevo n. 9.* Sic etiam videntur tenere *Cynus l. Interpoſitas, ſtatim in prine. oppoſit. 1. C. de tranſ. & ibi Salicet. num. 6. Martinus inter conſilia matrim. Zaleti, conſ. 15. nu. 18. Sotus 4. d. 39. q. 1. a. 2. vers. Ejuſmodi autem metum, Corduba ſu. q. 162. punct. 1.* ubi docent, grave damnum in rebus propriis incutere timorem viri constantis. Et melius *Francus c. un. de his quæ vi, in 6. n. 8.* ubi postquam dixerat metum amissionis omnium bonorum, vel majoris partis cadere in virum constantem, subdit idem esse de metu magni damni in rebus. Et *Cov. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 4. n. 18. fine*, nam postquam dixerat metum amissionis totius, vel majoris partis patrimonii esse viri constantis, subdit esse hujusmodi timorem amissionis magnæ rei. Idem videntur tenere *Enriq. l. 11. de matr. c. 9. num. 4.* & *Aragon. 2. 2. queſt. 88. art. 3. Pro explicatione hujus diffic.* ubi dicunt amissionis magnæ bonorum partis timorem cadere in virum constantem.

III. Conclusio, timor amissionis instrumentorum, totius, 26 vel majoris partis patrimonii, cadit in virum constantem: sicut dixi num. 6. de instrumento, quo libertas probanda est. Hæc contra *gloſſ. l. Iſti quidem, 8. vers. Metu, ff. de eo quod met. cau.* Sed eam tenet *ibi Additio ad gloſſam*, & *ibi Bald. §. Si is, in fine.*

Rogabit autem, quid dicendum sit de amissione magni lucri? 27 ejus enim timorem cadere in virum constantem affirmant *Cynus l. Interpoſitas, ſtatim in prine. oppoſ. 1. C. de tranſactio. Anchar. cap. 2. num. 2. de his quæ vi*, & *c. unico, eod. t. in fine*, ubi & *Francus n. 8.* Et conferunt ad hoc *Salzedo pract. 83. §. Eſt tamen opinio hæc, Navar. lib. 2. de reſtitut. c. 3. in nova edit. par. 2. dub. 2. n. 429. Manuel 1. tom. ſum. 2. edit. cap. 28. nu. 3.* ubi quamvis negent importunas preces incutere metum, & causam esse involuntarii: fatentur tamen tunc id efficere, quando importune rogatus non posset sine magno incommodo dissentire. Ut si rogans esset talis, a quo rogatus, beneficium, aut favorem sperat fore, ut recipiat. Prob. ex *l. fin. §. Fœnerator. ff. de eo quod met. cauſ.* ibi, *si fenerator inciviliter custodiendo athletam, & a certaminibus prohibendo, cavere compulerit ultra quantitatem pecuniæ debitæ, competens judex reſtitui decernet.* Ubi *juriſconſultus* concedit restitutionem pecuniæ extortæ metu perdendi lucri.

Verum hæc sententia universaliter intellecta minus vera est. 28
1. quia (ut optime ait *Metina C. de reſt. q. 3. cauſa 2. vers. Si fiat remiſſio*) quoties donatio, aut remissio fit ex metu non acquirendi bonum, aut lucrum, quod remissione facta remittens obtinere sperat, quamvis metus ad id sit incussus, non vitiatur remissio, vel donatio. Quia talis remissio, vel donatio non metui, sed cupiditati lucri acquirendi sperati, est imputanda. Item, quia quamvis omnis pena excludatur a sponsalibus, tanquam impediens libertatem matrimonii, at quando apponitur pœna lucri perdendi, valet, nec timor eam incurrendi vitiat matr. eo metu contractum. Ut si Maria instituatur hæres opulentissimæ hæreditatis, si Titio nupserit (ut late diximus *l. 1. disp. 33. n. 7.*) Cujus rationem subdedimus ibi, quia hæc non est vera pœna, sed invitari spe lucri: ergo timor perdendi lucri, non est vere timor cadens in virum constantem. Item, quia passio spei, & concupiscentiæ non tollit voluntarium, ut passio timoris, sed auget. Ut cum *D. Th. 1. 2. q. 6. a. 7.* docet *Nav. comm. 2. de regul. n. 67. vers. Addo decimotertio.* Inferens inde, licet professio facta ob metum annulletur, non tamen facta ob spei, vel concupiscentiæ passionem. Unde intelligenda est prædicta sententia, quando metum passus, per injuriam arcetur a lucro, ad quod habebat jus. Et in hoc casu loquitur *d. l. fi. §. Si fenerator*: & ita dicit *inciviliter cuſtodiendo*: hoc est contra jus: *& a certaminibus prohibendo*: in quo versabatur magna injustitia, impediebatur enim lucrum, quo athleta vitam sustentabat, habebatque jus acquirendi. Similiter dico, si quis vellet se opponere beneficio pingui, vique impediretur, nisi iniret aliquem contractum, talem esse metum viri constantis. Quia contra justitiam impeditur, ne lucrum comparet, ad quod intendendum jus habet. Confert ad hoc *c. Cum veniſſent, de inſtit.* ubi quidam timore ductus ne Episcopus impediret professionem Archidiaconatus, renunciavit quibuldam juribus: & tamen illa sibi integre restituuntur. Per quem textum *Immola, Cum dilectus, n. 9. de his quæ vi*, ait metum perdendæ spei promotionis interdum censeri viri constantis. Ubi pondero non dicere semper, sed interdum, nempe quando timens habebat aliquod jus: ut in casu *illius c. Cum veniſſent*, ubi jus habebat ille, ut possessio Archidiaconatus sibi tribueretur.

Ad argumenta proposita n. 20. ad probandum metum amissio- 29
nis bonorum non cadere in virum constantem, respondetur. Ad 1. dico reduci ad metum mortis. Quia pecunia est quædam hominis vita: ut probavi n. 21. Ad 2. dico id *cap.* loqui quando timore paupertatis admittitur peccatum, talis enim timor minime excutat. Cum potius omnia pœne mala, quam peccatum eligenda sint. *C. ſacris de his quæ vi.* Ad *c. de his quæ vi*, dic textum narrare factum, & ita non disponere, ut necessaria sit omnium bonorum spoliatio: eo vel maxime, quia sunt alii textus, quos retuli n. 22. significantes sufficere spoliationem majoris partis patrimonii.

DISPUTATIO VI.

An timor reverentialis censeatur cadens in virum constantem, ad effectum irritandi obligationes voluntarias?

SUMMARIUM.

Duplex est conſenſus, tacitus, & expreſſus n. 1.
Idem metus, qui ſufficit ad reſcindendos alios contractus, ſat est ad irritandum matr. num. 2. & 15. fine. Et quot ſint quæſtiones diſputandæ, 3.
An metus reverentiæ cadat in virum conſtantem, annullatque matrimonium, quando expreſſe contrahentium conſenſu celebretur, referuntur variæ ſententiæ, 4. 5. & 6.

Quis

Quis dicatur metus reverentiæ, & quando in foro conſcientiæ obligat ad reſtitutionem, remiſſive, 4.
Non cadit in virum conſtantem, nec ſatis est ad irritandum matrim. vel reſcindendos alios contractus, niſi accedant minæ, vel verbera, 7.
Impugnatur ſententia hoc limitans, ſi ſit reverentialis patris reſpectu puellæ, vel filiæ, vel filii impuberis: & cautius circumſpiciendum est, an metus reverentialis patris cum minis, dicatur vere cadere in virum conſtantem n. 8. Et ibi, quid, ſi pater ſub ſua maledictione minetur.
Impugnatur ſententia aſſerens metum reverentialem paternum abſque minis annullare contractus, non vero reverentialem aliorum, 9.
Metus reverentialis ſolus non annullat contractum initum etiam cum ipſo, cui debetur reverentia, 10.
An ſufficiat metus reverentialis abſque minis, quando filius, vel uxor est valde patris, aut mariti præceptis obtemperans, n. 11. Et quid, ſi pater, aut vir non minetur, at nimis crudelis ſit in ſibi non obtemperantes, n. 12. Et quid de vultu terribili potentis abſque minis, 13.
An valeat matrim. initum a filia, timore, ne patris indignationem incurrat, nullis præcedentibus minis, 14.
An ſolus metus reverentialis, quando intervenit enormis læſio, ſatis ſit ad reſcindendum alios contractus, & annullandum matrim. ut ſi femina longe indigniori nubat, timore reverentiali patris, 15.
Solvuntur arg. & explicantur regul. Velle, ff. de regul. jur. & l. 1. §. Quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio, & l. penult. ff. de furtis, n. 16. Poſt quem ſunt alia ſummaria.

1 SUpponendum est 1. dupliciter esse consensum. Quidam est expressus, ut cum aliquis verbis, aut signis exprimit suum consensum, alius vero est tacitus, & a jure præsumptus: ut cum, filio præsente, pater pro eo contrahit sponsalia, aut matrimonium: præsumit enim jus consentire, si non contradicat: juxta *canicum, de ſponſ. impub. in 6.*

2 2. Supponendum est, eumdem metum per quem ceteri contractus veniunt rescindendi, sufficere, ut matr. ob eum contractum, irritum fiat, ut docet *Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 4.* dicens ab omnibus esse receptum; *Navarro 4 conſ. in 1. edit tit. de ſponſ. conſ. 36. n. 10. in 2 lib. 1. tit. de his quæ vi, conſ. 10. n 10. Lud. Lop. 2. p inſtr. novi, materia de matr. c. 40. f. 1076. Igitur pro reſol.* Imo non requiri tam justum, ac requiritur ad alios contractus irritandos, docet *Præpoſ. c. Cum ſolum, n. 6. de ſponſ. Navarr. conſ. 46. n. 3 Navar. eod. conſ. cit. n. 3.* Et confert. nam multi satis probabiliter dicunt (ut dicemus hoc lib. 4. disp. 13. n. 1. & 2.) metum gravem juste incussum, irritare matrim. cum tamen alios contractus non irritet (ut dicam disp 8. n. 8.) Et ratio esse potest, nam in matrim. major libertas desideratur quam in reliquis contractibus: quare ab illo pœna rejicitur, cum tamen in ceteris contractibus valeat. Quod intelligendum est cum moderatione, quam proponam n. 15. fine.

3 3. Igitur disputandæ sunt quæstiones, I. an merus reverentialis annullet matrim. expresso consensu inirum? II. an annullet professionem? III. dato exigat simul minas, an deideretur ut minas proferens solitus sit eas exequi? IV. respectu quorum sit hic metus reverentialis? V. an solus metus reverentialis irritet matrimonium, rescindatque contractus, solo consensu tacito, ac præsumpto celebratos?

4 Solutio I. An metus reverentiæ, quo inferior reverentia superioris, uxor viri, filius patris, &c. ducitur ad ineundum matrim. vel celebrandum contractum, sit cadens in constantem virum, sufficiensque ad rescissionem, quando matrim. & reliqui contractus expresso consensu contrahentium celebrantur? Præmens igitur quæstio est, de sufficientia hujus timoris ad rescindendos contractus, & annullandum matrim. Nam quando obliget in foro conscientiæ ad restituendum, dicam hoc 4. lib. disp. 7. n. 11. & ibi n. 12. explicabo, quando meto reverentiali dicatur aliquid fieri. Quadruplex igitur est sententia. I. ait, merum reverentialem cadere in virum constantem, atque ita rescindere alios contractus, & consequenter matrim. tali metu initum esse nullum. Prob. 1. ex *reg. Velle 4 ff. de reg. jur.* ibi, *velle non creditur, qui obſeq. imperio patris, vel domini*: ergo cum omnis contractus consensu perficiatur, rescindet illos metus obsequii, seu reverentiæ. 2. Prob. ex *l. 1. §. Quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio*, ibi, *& hoc cauſa cognita, ſi liquido appareat libertum metu ſolo, vel nimia patroni reverentia ita ſe ſubjeciſſe.* Ubi probatur, non solum rescindi factum coram eo, cui debetur reverentia, sed etiam si fiat eo absente, si constet metu, vel nimia reverentia id fecisse. Ubi ponderanda est alternativa, ad cujus veritatem solum desideratur alterius partis veritas. *Regul. in alternativis, de reg jur. in 6.* ergo sufficit metus reverentialis sicut & sufficeret alius metus. Nec obstat, si dicas, eum textum loqui de promissione liberti: quoniam nihil speciale inveniur in ea promissione, & ita *Gloſſ. ibi, v. Metu*, extendit ad alios casus. Et confir. quia si tantum metus reverentialis rescinderet contractus, ubi interveniunt minæ, nulla esset prorsus differentia inter metum ejus, cui debetur reverentia, & metum cujuscumque extranei, cum quodcumque grave malum minanti, quod potest, & solet exequi, sit metus viri constantis. Quare frustra DD. contorquerentur tractantes de metu reverentiali: & *Juriſconſ. l. 1. cit. §. Quæ onerandæ*, frustra distingueret illum, contra alios metus: includeretur enim sub metu cruciatus corporis, aut mortis, juxta malum comminatum. 3. Prob. ex *l. penul. ff. de furtis*, ibi, *& hoc modo patronus quoque liberto, & ii, cujus magna verecundia ei, quem in præſentia pudor ad reſiſtendum impedit, ſu tum facere ſolet.* Ex quo habetur tacentem viso furto ob nimiam reverentiam, non videri consentire, posseque actione furti agere: ergo metus reverentiæ tollit consensum requisitum ad contractuum firmitatem. Hanc tenet *Gl. 1. §. Quæ onerandæ, v. Metu, ff. quarum rerum actio*, & *cap. Unuſquiſque, v. Saltantium, in fine*, 22. q. 4. *Bart. l. Qui in aliena, §. final. n. 5 ff. de acquir. hared. Bald. l. juris gentium, in 1. lectur. §. Si ante, n. 4. vers. Ultimo nota, ff. de pactis*, & *l. Interpoſitas, n. 5. C. de tranſact.* & *l. Pactum dotale, n. 1. vers. Venio ad quæſtiones, C. de collat.* ubi *Corneus n. 2. limit. 2.* & *ibi Roman. n. 16. Anchar. conſ. 339 n. 32.* & *conſ. 39. n. 4. Hugo Celſus conſ. 14. n. 2.* & *conſ. 117. n. 2. Salicet. ad l. Interpoſit. n. 4.* & *Immola c. Cauſam matr. n. 8. de offic. deleg.* dicit hanc fent. esse valde æquam, quamvis contrariam fateatur communem, & tenet *Aſtudillus dec. 69. Neap. n. 4.* ubi disjunctive loquitur, dicens actum rescindi stante metu reverentiali, vel stantibus minis: & *Franc. Aret. conſ. 24. n. 12.* anceps manet, utra opinio sit verior. Et tenet *Menoch. de Arbitr. l. 2. cent. 2. caſ. 136. n. 8.* & *conſ. 1. n 193. vol. 1.* & *conſ. 181. n. 88. vol. 2.* Et matrimonium solo metu reverentiali initum irritari, docet expresse *Jo: Ignæus l. 3. §. Eleganter n. 139.* lateque probat numeris præcedentibus, *ff. ad S C. Sillani, Navarr. lib. 4. conſ. in 1. edit. tit. de ſponſ. conſ. 36. n. 4. in 2. l. 1. tit. De his quæ vi, conſ. 10. n. 4. Alex. Carrer. de ſponſ. l. 4. c. 9 ad fin.* & *Menchaca lib. 1. controv. illuſt. c. 35. n. 19.* dicit hodie jure canonico, & jure Codicis irritari matrimonium, per solum metum reverentialem, quamvis olim jure Digesti, eo quod facile permitteretur repudium, non irritaretur. Et tandem hanc sententiam videtur clare tenere *Anton. c. Cum virum, n. 6. de reg.* quoad matr. ait enim actus spirituales exigentes omnimodam libertatem, annullari per solum metum reverentialem absque minis, licet secus sit de aliis actibus.

II Sententia ait, metum reverentialem patris esse cadentem in virum constantem, sufficereque ad contractuum rescissionem, non autem metum similem aliorum, quibus reverentia debetur. Nec aliam differentiæ hujus rationem assignat, quam esse nimiam reverentiam debitam patri. Sic tenet *Barbat. conſ. 63. a n. 1. uſque ad 4. vol. 1.* ubi ait solum metum reverentialem patris annullare matrim. professionem, & alios actus: reverentialem autem viri, non semper, sed quando uxor nimiam reverentiam ad virum habet. Idem videtur tenere *Anchar. c. Exliteris, n 2. de de ſponſ. impub.* ubi ait, metum reverentiæ paternæ, licet non tendat ad corporis cruciatum, vel mortem, censeri viri constantis ob nimiam reverentiam idem operantem, quod metus gravis. Idem videtur tenere *Montalv. l. 8. gl. 2. init. t. 11. l. 1. fori*, ubi ait, nimiam patris reverentiam æquiparari timori, & ita etiam distinguunt alii, teste *Alex. de Immola l. Si cum dotem 5. Eo autem tempore, n. 11. ff. ſolut. matr.* 6

III. Sententia, ait contractum initum cum eo, cui debe- tur reverentia, vel ad ejus utilitatem, rescindi ob metum reverentialem, secus cum alio, nec in ejus utilitatem celebratum: quia in priori casu is, cui reverentia debetur, participeps fuit doli, & cauta meros, quare in ejus utilitatem contractus rescinditur. In posteriori autem, cum in ejus utilitatem non cedat, nec cum ipso contrahatur, non est cur in damnum tertii, culpæ, ac doli expertis rescindantur. Ita tenent *Bald. l. Fidejuſſor, la 2. §. Pater Seii, ad finem, ff. de pignor. Roman. l. Si cum dotem, 5. Eo autem tempore, n. 11. ff. ſol. matrim. Barbatius c. Cauſam matr. ſtatim in principio, de offic. delegat. Sarmien. lib. 2. ſelectarium, cap. 1. n. 10.* Et videtur tenere. *Anchar. in repetitione cap. Si propter, de reſcript. in 6.* ut cum inducit *Suar. alleg. 24. n. 1.*

Ultima sententia, (quam multo veriorem reputo) docet, 7 solum metum reverentialem, nisi minæ, aut verbera, aut alius metus gravis illis adjungatur, non cadere in virum constantem, ac proinde nec annullare matrimonium, nec alios contractus rescindere. Probatur ea sola ratione, quia metus reverentialis non videtur tantam vim habere ad cogendum voluntatem, ut vir constans eo terreri debeat. Quare potissima probatio ex aliquibus textibus accipienda est. Probatur ergo 1. ex *cap. Ex literis, de de ſponſ. impub.* ibi, *nolens, & in vita minis parentum impulſa*: ubi textus qui reddit irrita sponsalia metu reverentiali parentum inita, ponderat non solum paternam reverentiam, sed simul minas. 2. Probatur ex *cap. 2. de pactis in 6.* ubi dicitur valere renunciationem filiæ, in favorem patris factam, si juramento muniatur, nisi vi, aut dolo sit præstitum: & tamen ibi concurrit paterna reverentia: ergo ea sola non inducit vim, aut metum. 3. Probatur ex variis textibus, quibus probabitur hac eadem disputatione, n. 18. professionem non annullari ex solo metu reverentiæ: idem enim probant idem de matrimonio, cum (ut ibi videmus) idem metus in utroque casu requiratur: imo secundum multos (ut ibi dicam) minor sufficiat ad annullandam professionem. 4. Probatur ex *l. Si patre cogente, 22. ff. de ritu nupt.* ibi, *Si patre cogente ducat uxorem, quam non duceret, ſi ſui arbitrii eſſet, matr. contraxit, maluiſſe enim hoc videtur.* Ubi *Gl. fin.* ait: *maluiſſe hoc videtur, quam odium patris incurrere, non autem dicas metum adhibitum*: ergo solus metus reverentialis non est. 5. Probatur ex *l. Fidejuſſor impetravit, 26. 8. Pater Seii, ff. de pignorib.* ubi filius patris fiatione domum obligavit, nec

tamen

tamen eum contractum potuit tamquam metu factum retractare, & reddit rationem *Jurisconsultus*, his verbis, *nec mirari debebat, ex hoc solo quod mandante patre manu sua perscripsisset instrumentum*: ergo sola reverentia, & imperium paternum *non* incutit justum metum. 6. Prob. ex *l.10. tit.1.p.4.* ibi, *no las puede el padre apremiar a que lo fagan, de todo en todo, como las puede el padre apremiar a que palabras castigo, que lo otorguen*, ubi *Greg. Lop. v. Todo*, ponderat eam legem, ut possint parentes aliquo modo cogere filias ad certum matrim. nempe timore reverentiæ, ac imperii paterni, non tamen *de todo en todo*, reverentiæ, ac imperii paterni, non tamen *de todo en todo*, timore alio cadente in virum constantem: ergo hoc est, timore alio cadente in virum constantem: ergo solus timor reverentialis non est talis. Hanc sententiam amplus timor reverentialis non est talis. Hanc sententiam amplectuntur ex Doctoribus juris Pontificii, *Glos. c. Præsens, v.* plectuntur ex Doctoribus juris Pontificii, *Glos. c. Præsens, v. partem*, 23.q.3. & *cap.1. de spons. impub.* & *Covarr.* ibi sequuntur, *Anchar. n.4. Abbas n.4. Alex. de Nevo, n.7.* & 8. *Hostien. summ. tit. de matr. & penul. n.27. vers. Supradicti loquuntur: Innoc. cap. Cum Clerici matr. n.4. fin. de offic. deleg.* ubi *Joan. Andr. n.3. Anton. n.15. Bald. n.3 Card. n.1. oppos.1. Anchar. n.1. natab.3. Abbas. num.5. Decius nu.17. 24.* & *25. Felin. n.3.4.* & *5. vers. Tertia declaratio idem Joan. Andr. c. fin. in fine, qui clerici, vel vovens. Anton. c. Accedentes, n.2. de conversi. coniug. Abbas c. Ex litteris, n.3. de despons. impub.* & *c. Cum contingat n.1. de jurejur.* & *c. Cum dilectus n.7. de his, quæ vi,* & *c. Cum virum, n.8. de regul.* & *cap. Veniens, el 1.n.5. de despons.* ubi *Alex. de Nevo, n.4.* & *idem Alex. de Nevo, cap. fin. n.33. qui clerici, vel vovens.* & *dic. c. Ex litteris, n.2.* & *cons.3.n.1. Præpos. d. c. Ex litteris, n.1.* & *c. Cum locum, n.5.* & *6. de despons. Felin. cons.14.n.1.* & *7. Franc. c. un.* & *fin. n.4. de despons. impub. in 6.* & *cap.2. de patiis, in 6. n.2. vers. Secundo etiam patet, Berojus c.1.n.11. de offic. deleg. Probus addit. ad Monac. c. unic. n.9. de his, quæ vi, in 6. Nauta cons.509. n.13. vol.3.* & *cap.2. de patiis, in 6. n.45.* & *tract. de patiis, p.1. n.42.* & *47.* (habetur *l.6. p.2. tract. novior.*) *Vitalis de Cumpanis tr. de clausulis, clausula non vi, tit. de meu uxorii, num.3.* habetur *tom.18. eorum dem tract. Sebast. Medicis de casibus fortuitis, q.6. n.66.* habetur *tom.7. eorum dem tract. Boer. dec.1. num.100. num.11. Joan. Plotus tract. de in litem jurando, § 3. n.14. Rotell. n. Impedim. impedim. 10. n.3. Angel. verb. Metus, n.2.* ubi *Sylv. q.2. Tabien. v. Coactio, q.2. n.3.* ubi *Armilla n.2. Andreas Gail. præd. observat. l.2. c. 147. n.17. Rota in novissimis, dec.341. n.2 vol.2. Bernard. Diaz regul. 532.* & *ibi Salzedo in addit. statim in princ.* & *ampliat. 1. Brunell. de spons. cons.11. n.1. Covarr. 4. decret. 2. part. c.3. §.6. n.7.* & *8. Gama 1. par. dec.250. n.4.* & *dec.262. n.1. Gutt. de juram. l. p. c.1. n.15.* & *auth. Sacramenta puberum, n.49. Cod. si adversus vendit.* & *consil.16. n.16. Petr. Greg. Tolosan. juris, p.3.41. n.4. Flamin. de resignat. benef. l.13. q.1. n.172.* & *173.* Idem tenent ex jutis Cæsarei professoribus, *Glos. l. Si patre cogente, 23. in fin. ff. de ritu nupt.* quam sequuntur *ibi Bald. n. unic.* & *Salycet. ibi, n. unic. Barth. l. Ad invidiam fin. C. de his, quæ vi,* & *l.1. §. Quæ onerandæ, num.4.* & *in fin. ff. quarum rerum actio*, ubi *Cumanus, 5.* & *Angel. nu.4. idem Angel. instit. de action. §. Quadruplii, n.8. 179.* & *dicit. l. Ad invidiam, n.1.* ubi *Fulgen. n.1. Paul. in fin. Franc. Aret. init. idem Franc. Aret. l. metum, init. C. de his quæ vi,* & *l. qui superstitis, num.3. ad fin. vers. Est quarto fallentia, ff. de acquir. hared.* & *l. Interpositas, n.3. C. de transact.* ubi *Roman. nu.14. Curtius junior num.15. Alex. n.5. idem Alex. l. Si eum dotem, §. Eo autem tempore, num.11. ff. solut. matr.* & *ibi Joan. de Immol. eod. §. nu.15. Curt. sen. cons.263. n.3.* & *4. vol.2. Roman. l. Si ob turpem, n.12. ff. de condit. ob turp. caus.* *Jason cons.3. n.6. vol.1.* & *l. Titia, nu.8. ff. de verb. oblig.* & *instit. de action. §. Quadruplii, n.61.* & *62.* ubi & *Zasius num.10. idem Zasius l.1. §. Quæ onerandæ, col.4. vers. Item extenditur, sub n.19. 20. 30. 40. ff. quarum rerum actio. Alex. c. Cum contingat, num.1. de jurejur.* & *d. l. Interpositas, n.13. Ripa in respons. tit. de donat. respons.4. n.8. Grammat. decis. Neap. 103. num. 49. Capicius dec. 169. num. 34. Hippol. singul. 347. incip. matrim.* & *cons. 124. n.16. Campegius de dote, p.3. q.38. nu.2.* & *3. Cretas l. Stipulatio hoc modo concepta, dote, p.3. q.38. nu.2.* & *3. Cretas l. Stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. Sextac. in repert. litt. M. v. Metus non præsumitur, sub n.10. vers. Metus non præsumitur in uxore,* & *litt. C. v. Contractus meticulosus, vers. penul. Angelus de Ubaldis inter consilia matrim. Zoleti, cons.40. n.2. Everar. in suis topicis, loco a matrim. carnali, n.10. diff.19. Rolan. cons.95. p.28.29.30. vol.1.* & *con.83. n.25. vol.2. Villalob. in commun. opin. lib.M. v. Metus, n.47. Rimuald. instit. quibus alien. lic. in princ. n.303. Greg. Lop. lib.10. v. Todo, tit.1. p.4. Ant. Gom.2. variar. c.14. n.27. Suar. alleg.24. n.5. Molin. lib.2. de primog. c.3. n.9. Burgos de Paz cons.3. num.53.* & *cons.5. n.11. Matien. dialog. relatorum 3. p.c.29 n.2.* & *4.* & *lib.5. recop. tit.1. l.11. gl.3. n.2. Azebedo cod. lib.5. tit.1. l.9. nu.29. Padilla dict. l. Interpositas, n.16.* & *17. Jo. Garzia de nobilit. gl.17. n.11.* & *12. Mascar. de probat. concl.1055. nu.17.* & *22.* & *concl. 193. n.7. Zephol. cons.91. nu.45. vol.1. Tiberius Dacianus cons.18. n.127. vol.1. Burs. cons.72. n.21.33.39. vol.1. Barbosa lib.2. §. fin. nu.7. ff. solut. matrim. Humada super gloss. Greg. Lop. part.1. prolog. gl.13. num.4.* Et ex Theologis, *Sotus 4. d. 29. qu.1. art.2. vers. Hujusmodi autem metum,* & *lib.7. de justit. q.2. art.1. ad fin. Verac. 1. par. Specul. art.8. concl.5. Palacios 4. d.29. disp.1. fin. Egrig. lib. 11. de matrim. n.9. n.5. Lud. Lop.2. p. instr. de matr. c.40. f.1071. §. Præsolutione. Manuel 1 tom. summ.2. edit. c.231. n.5. Carbon. de restit. q.46. fundam.3. Maurus Ant. corona conf. forum, 4. p. c.8. de matr. tit. de impedimento violentiæ, n.29. ad fin. Capua lib.2. dec. 6. 55. num.17.*

9 Unus tamen *Ant. Cucus lib.5. instit. majorum, c.12. n.133.* & *seqq.* hanc sent. limitat, dicens ad matrimonium irritandum non sat esse metum reverentialem patris, cum minis, nisi simul adsint verbera, in filio masculo adultæ ætatis, secus in filia puella, & filio impubere. secus etiam in aliis jurisdictioni alterius subjectis. Et ratio est, quia non ita sævire solent parentes in filios, nec pietatis patriæ præsumptio permittit quidquam durius in filios suspicari. Et ita dicit Bartolum caute exemplificasse in uxore, respectu mariti, & in clerico respectu Episcopi: nec de filio meminisse, *l.1. §. Quæ onerandæ, n.4. ff. quarum rerum act.* & *l. Ad invidiam, fine, C. de his, quæ vi.* Vere fere omnes DD. citati, n.7. expresse exemplificant etiam in filio: & *Bart.* & si qui alii non exemplificant, non id consulto fecerunt, quali contrarium in filio senserint, id enim exemplificarent: sed quia non omnia exempla regulæ afferre oportet. Hoc tamen concederem libentissime, ut cautius circumpiciendum sit, cum de paternis minis agitur, ad incutiendum metum cadentem in virum constantem. Cum enim (ut n.21. dicemus) necessarium sit, ut minans solitus sit minas exequi, & mine debeant esse mali gravis, minus præsumitur de patre, ratione pietatis paternæ minas exequuturum. Verum si pater atrox sit, & ita solitus exequi: idem in illo, ac in aliis dicendum est. Quod optime significavit *Host. tum. de matr. §. pen. n.27. vers. Supra dicti loquuntur*, ubi tractans de metu paterno, concludit, quia non est verisimile patrem interfecturum filiam, nisi consentiat: cum enim nullus affectus paternum vincat, *c. Afferto de præsump.* & ideo natura præsumere non permittat fore, ut pater filium graviter offendat *l. Omnimodo, C. de inoffic. test.* ideo inspiciendam esse conditionem patris minantis. Idem etiam notarunt *Abb. c. Ex litteris, n.3. de despons. impub.* & *ibi Alex de Nevo, n.2. Saj. l. Titia, n.8. ff. de verb. oblig. Lancel. inst. juris can. l.2. tit. de spons. §. Hæc tamen, vers. Non tam sua*, ubi dicentes, minas parentum afferre justum metum, temperant considerata parentum, & minarum qualitate. Idem etiam significavit *Enrig. l. 11. de matr. c.9. n.5.* ubi docens metu reverentiali patris irritari matrimonium, caute addidit, patris truculenti, ut vel sic verisimile sit, fore, ut pietatis paternæ immemor minas exequatur. Oportet autem, ut pater grave damnum minetur, non enim sufficere ad irritandum matrimonium, si sub pena suæ maledictionis illud præcipiaret. Quia ea maledictio non est causa necessaria mali eventus. Sic *Palacios 4.d.29. disp.1. fine.*

Hinc infertur, minus bene secundam sent. relatam, n. 5 affirmasse, metum reverentialem, paternum absque minis annullare matrimonium, non autem reverentialem aliorum, 1. quia [ut dixi n. præc.] reverentialis paternus etiam adhibitis minis difficilius annullat. 2. quia textus adducti n.7. pro nostra sent. & DD. illius aperte loquuntur de metu reverentiali paterno, & tamen exigunt minas, vel verbera. Et specialiter illam distinctionem reprobat *Alex. l. Si eum dotem §. Eo autem tempore, n.11 ff. sol. matrim.*

2. Infertur, minus bene tertiam sent. relatam n.6. dixisse metum reverentialem rescindere contractum initum cum ipso, cui debetur reverentia. Nam contrarium probat *c.2. de pact. in 6.* ubi valet contractus renunciationis filiæ in favorem patris, nisi dolus, vel metus interveniat; ergo solus metus reverentialis paternus non satis est ad rescissionem. Et ita eam distinctionem rejicunt *Felin. c. Cum jam matrimonii, n.3. declar. 1. de offic. deleg. Rom. l. Interpositas, n.14.* & *ibi Alciat. n.13. C. de transact. Ant. Gom. 2. variar. c.14. n.27.*

In aliquo tamen casu, attentis particularibus circumstantiis occurrentibus, posset admitti ea opinio, nempe, si cum metu reverentiali concurrat filium esse valde paternis præceptis obtemperantem, & mulierem valde imbecillem, virumque crudelem, & austerum circa uxorem, vel patrem erga filium sibi non consentientem. Tunc enim si vir, aut pater præcipiat uxori, aut filio, ut contractum celebret in ipsius præcipientis utilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum. Ut optime admittunt *Suar. alleg. 24. n.5. Matien. dialog. relatorum, 3. p.c.20. n.19. Gutt. cons.16. n.16. Jo. Garzia de nobilit. gl.17. n.12. Salzedo super reg.532. Bernardi Diaz, limit.2.*

Imo censetur metus viri constantis, sine minis, si is cui reverentia debetur, nimis crudelis sit, & lævitiam præseferat, solitusque sevire sit, ubi læsa non obtemperatur voluntati. Quia quamvis minæ actu desint sunt tamen virtute, estque probabilis timor proximæ coactionis. Quod sufficere dixi hoc 4.l. disp.1.n.16. Sic *Abbas c. Cum virum, n.8. de regul.* & *c. Nonne, n.1. de præsumpt.* ubi *Felinus in fine, Jason cons.3. n.6. vol.1. Berojus c.1.n.18. de offic. deleg. Ant. Gom.2. variar. c.14. n.27. Ant. Cucus lib.5. instit. major. t.12.n.142. Decisio Pedemont.179.n.3. Padilla l. Interpositas, n.20. C. de transact. Molina lib.2. de primog. c.3. num.9.*

Hinc notabiliter dixit *Bald. cap.1. §. Injuria, col. penult. de pace firmanda*, vultum potentis terribilem absque minis incutere justum metum. Quia virtute clauduntur ibi minæ. Quem sequitur *Decius cap.1. de offic. deleg. n.10.* & *ibi Beroj. n.19. Sigismund. inter cons. feudalia. cons.17. n.19. Bertach. in repert. litt. M. v. Metus non præsumitur, sub n.120. init. vers. Metus justus infertur.*

3. Infertur, si filia matr. contrahat non præcedentibus minis, solum eo timore, ne patris indignationem incurrat esse validum: non enim is metus censetur cadens in virum constantem. Sic *Gl. l. Si patre cogente, 22. ff. de ritu nupt. fin. Abb. c. Veniens el 1.n.5. de spons.* ubi *Alex. de Nevo, n.4. idem Alex. de Nevo, c.1.n.7. de despons. impub.* & *c. fin.n.13. qui clerici, vel voventes. Fel. cons.14.n.1.* & *7.* Hoc tamen moderaret, ut intelligatur, quando indignatio illa patris vel viri non diu permanebit, sed spes est futuræ reconciliationis: si enim teneret probabiliter diuturnam fore indignationem, & semper se habiturum patrem, aut virum valde infestum, & indignatum, objecturumque pæsim illam inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum constantem. Quis enim vir constans, aut prudens non reputabit grave malum, semper coram oculis habere infensum patrem, aut virum, aut aliam a quo pendet, & cum quo semper versaturus est: maxime cum vix invenias, qui fingnam moderari valeat, ne male sentiat, pejusque loquatur de eo, cui infestus est. Et confirm. quia vir prudens ita grave hoc existimat, ut potius eligat relicta patria, clomoque paterna exul esse: quod grave malum disp. præc. n.8. esse diximus.

15 Tandem observandum est, aliquos moderari etiam in matr. nostram quartam sent. nisi læsio enormis adsit in contractu. Atque ita censent solum metum reverentialem annullare matr. in quo læsio enormis contingit: ut si filia ob patris reverentiam nubat viro longe disparis conditionis, cui alias non nuberet, ita *Lud. Lop. 2. p. instr. novi, materia de matr. c.40. f.1071. §. Cujus quidem opinio.* Et videtur clare sentire *Cov. 4. decr. 2. p.c.3. §.6. n.4.* ait enim solum metum obsequii, & reverentiæ aliis minis non probatis sat esse cum enormi læsione ad rescindendum alios contractus: & statim subdit hæc verba, *quæ omnia temerarie non adduximus, sed ut matr. contractus nullus omnino sit, eo casu, quo ceteri contractus ex hoc metu sunt rescindendi.* Cum ergo sentiat ex hoc metu reverentiali ceteros contractus rescindi, censet matr. esse nullum. Et prob. quia (ut diximus n. 2.) idem metus, qui sufficiens est ad rescissionem aliorum contractuum, reddit irritum matr. sed metus reverentialis cum enormi læsione rescindit alios contractus etiam juramento stabilitos. Ut tenet *ibi Cov.* multos referens, & *c. Quamvis pactum 3.p.§.4.n.7.* ubi explicat hanc enormem læsionem, tunc *ultra dimidium justæ æstimationis*: ergo *matr. n.9.n.5.* ubi docens metu reverentiali patris irritari matrimonium, caute addidit, patris truculenti, ut vel sic verisimile sit, fore, ut pietatis paternæ immemor minas exequatur. Oporter autem, ut pater grave damnum minetur, non enim sufficere ad irritandum matrimonium, si sub pena suæ maledictionis illud præciperet. Quia ea maledictio non est causa necessaria mali eventus. Sic *Palacios 4.d.29. disp.1. fine.*

Hinc infertur, minus bene secundam sent. relatam, n. 5 affirmasse, metum reverentialem, paternum absque minis annullare matrimonium, non autem reverentialem aliorum, 1. quia [ut dixi n. præc.] reverentialis paternus etiam adhibitis minis difficilius annullat. 2. quia textus adducti n.7. pro nostra sent. & DD. illius aperte loquuntur de metu reverentiali paterno, & tamen exigunt minas, vel verbera. Et specialiter illam distinctionem reprobat *Alex. l. Si eum dotem §. Eo autem tempore, n.11 ff. sol. matrim.*

2. Infertur, minus bene tertiam sent. relatam n.6. dixisse10 metum reverentialem rescindere contractum initum cum ipso, cui debetur reverentia. Nam contrarium probat *c.2. de pact. in 6.* ubi valet contractus renunciationis filiæ in favorem patris, nisi dolus, vel metus interveniat; ergo solus metus reverentialis paternus non satis est ad rescissionem. Et ita eam distinctionem rejicunt *Felin. c. Cum jam matrimonii, n.3. declar. 1. de offic. deleg. Rom. l. Interpositas, n.14.* & *ibi Alciat. n.13. C. de transact. Ant. Gom. 2. variar. c.14. n.27.*

In aliquo tamen casu, attentis particularibus circumstantiis11 occurrentibus, posset admitti ea opinio, nempe, si cum metu reverentiali concurrat filium esse valde paternis præceptis obtemperantem, & mulierem valde imbecillem, virumque crudelem, & austerum circa uxorem, vel patrem erga filium sibi non consentientem. Tunc enim si vir, aut pater præcipiat uxori, aut filio, ut contractum celebret in ipsius præcipientis utilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum. Ut optime admittunt *Suar. alleg. 24. n.5. Matien. dialog. relatorum, 3. p.c.20. n.19. Gutt. cons.16. n.16. Jo. Garzia de nobilit. gl.17. n.12. Salzedo super reg.532. Bernardi Diaz, limit.2.*

Imo censetur metus viri constantis, sine minis, si is cui12 reverentia debetur, nimis crudelis sit, & lævitiam præseferat, solitusque sevire sit, ubi læsa non obtemperatur voluntati. Quia quamvis minæ actu desint sunt tamen virtute, estque probabilis timor proximæ coactionis. Quod sufficere dixi hoc 4.l. disp.1.n.16. Sic *Abbas c. Cum virum, n.8. de regul.* & *c. Nonne, n.1. de præsumpt.* ubi *Felinus in fine, Jason cons.3. n.6. vol.1. Berojus c.1.n.18. de offic. deleg. Ant. Gom.2. variar. c.14. n.27. Ant. Cucus lib.5. instit. major. t.12.n.142. Decisio Pedemont.179.n.3. Padilla l. Interpositas, n.20. C. de transact. Molina lib.2. de primog. c.3. num.9.*

Hinc notabiliter dixit *Bald. cap.1. §. Injuria, col. penult. de13 pace firmanda*, vultum potentis terribilem absque minis incutere justum metum. Quia virtute clauduntur ibi minæ. Quem sequitur *Decius cap.1. de offic. deleg. n.10.* & *ibi Beroj. n.19. Sigismund. inter cons. feudalia. cons.17. n.19. Bertach. in repert. litt. M. v. Metus non præsumitur, sub n.120. init. vers. Metus justus infertur.*

3. Infertur, si filia matr. contrahat non præcedentibus mi-14 nis, solum eo timore, ne patris indignationem incurrat esse validum: non enim is metus censetur cadens in virum constantem. Sic *Gl. l. Si patre cogente, 22. ff. de ritu nupt. fin. Abb. c. Veniens el 1.n.5. de spons.* ubi *Alex. de Nevo, n.4. idem Alex. de Nevo, c.1.n.7. de despons. impub.* & *c. fin.n.13. qui clerici, vel voventes. Fel. cons.14.n.1.* & *7.* Hoc tamen moderaret, ut intelligatur, quando

indignatio illa patris vel viri non diu permanebit, sed spes est futuræ reconciliationis: si enim teneret probabiliter diuturnam fore indignationem, & semper se habiturum patrem, aut virum valde infestum, & indignatum, objecturumque pæsim illam inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum constantem. Quis enim vir constans, aut prudens non reputabit grave malum, semper coram oculis habere infensum patrem, aut virum, aut aliam a quo pendet, & cum quo semper versaturus est: maxime cum vix invenias, qui fingnam moderari valeat, ne male sentiat, pejusque loquatur de eo, cui infestus est. Et confirm. quia vir prudens ita grave hoc existimat, ut potius eligat relicta patria, clomoque paterna exul esse: quod grave malum disp. præc. n.8. esse diximus.

15 Tandem observandum est, aliquos moderari etiam in matr. nostram quartam sent. nisi læsio enormis adsit in contractu. Atque ita censent solum metum reverentialem annullare matr. in quo læsio enormis contingit: ut si filia ob patris reverentiam nubat viro longe disparis conditionis, cui alias non nuberet, ita *Lud. Lop. 2. p. instr. novi, materia de matr. c.40. f.1071. §. Cujus quidem opinio.* Et videtur clare sentire *Cov. 4. decr. 2. p.c.3. §.6. n.4.* ait enim solum metum obsequii, & reverentiæ aliis minis non probatis sat esse cum enormi læsione ad rescindendum alios contractus: & statim subdit hæc verba, *quæ omnia temerarie non adduximus, sed ut matr. contractus nullus omnino sit, eo casu, quo ceteri contractus ex hoc metu sunt rescindendi.* Cum ergo sentiat ex hoc metu reverentiali ceteros contractus rescindi, censet matr. esse nullum. Et prob. quia (ut diximus n. 2.) idem metus, qui sufficiens est ad rescissionem aliorum contractuum, reddit irritum matr. sed metus reverentialis cum enormi læsione rescindit alios contractus etiam juramento stabilitos. Ut tenet *ibi Cov.* multos referens, & *c. Quamvis pactum 3.p.§.4.n.7.* ubi explicat hanc enormem læsionem, tunc *ultra dimidium justæ æstimationis*: ergo reddit irritum matr. Ego tamen quamvis hanc limitationem amplectar in aliis contractibus, contra aliquos quos refert & sequitur *Padilla l. Interpositas, n.21. C. de transact.* at in matrim. prorsus displiceat: & ita censeo non reddi irritum ex solo metu reverentiali, cum enormi læsione. Et ratio disparitatis inter matrim. & ceteros contractus ea est: quod ceteri contractus annullantur ex dolo dante illis causam, quando sunt contractus bonæ fidei, *l. Et eleganter, §.1. ff. de dolo, l.57.t.5.p.5.* matrim. autem minime, sed ex solo errore personæ, aut conditionis servilis: (ut suo loco diximus.) Ratio autem quare magna læsio cum metu reverentiali rescindit ceteros contractus, est, teste *Cov. c. Quamvis pactum, 3.p.4.n.7.* & *Padill. d.l. Interpositas, n.21.* quia magna læsio dolum solet arguere, *l. Omnes §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit.* & dolus hic re ipsa interveniens ita omicit actui, ac si ex propolito accederet, *l. Si quis eum aliter, ff. de verb obl. l.2. ff. de dolo excep. l. Si superstite, ff. de dolo malo*: non ergo mirum est, si ceteri contractus rescindantur, ex metu reverentiali cum enormi læsione, ratione doli illi adjuncti, non autem matr. cui dolus ille non nocet, cum non sit circa personam, aut conditionem servilem. Ex quo cessat arg. contrarium. Nam id fundamentum, metus rescindens ceteros contractus, annullat matr. venit intelligendum, quando ratione metus annullat, non autem quando ratione doli adjuncti: ob rationem dictam.

16 Ad arg. 1. sent. proposita n.4. respondetur ad 1. intelligi eam reguiam, quoad penam subeundam: obsequens enim imperio, excusabitur aliquantulum a pena: ut explicant *gl. ead. reg. in fin. Jo. And. c.1.n.8. de spons. impub.* & *ibi Anch. n.4.* Vel 2. potest intelligi, non omnino libere velle. Quia ille metus obsequii, & reverentiæ aliquid minuit de omnimoda libertate, non tamen est cadens in virum constantem, & ita non rescindit contractus. Ad 2. dico eum textum intelligi, quando alio genere metus, vel etiam metu reverentiali, cui adjunguntur minæ, libertus se subjecit: quod significat *Jurisconsultus*, dum non dixit, *vel patroni reverentia*, quæ quidem verba solum timorem reverentialem patroni præ se ferrent: sed *nimia*, hoc est superabundanti, & excedenti: quod evenit, quando aliud malum timetur. Sed dices comprehendi tunc sub illa particula, *Metu*, quare superflua esset disjunctio, *vel nimia reverentia*: sed respondeo adjunctam esse majoris claritatis gratia, ad significandum metum reverentialem, quandoque habere eumdem effectum, ac alios metus. Ad confirm. dico, negari non posse metum ipsum reverentiæ, & obsequii, quamvis per se solum non sit gravis, ac justus metus: at aliquid adimere libertatis, & proinde minoribus minis adjunctum, quam si minæ essent ejus, cui nulla debetur reverentia, efficere justum metum. Ut constare potest in exemplo, quod adduxi n.14. illa enim indignatio, & torvus vultus ejus, cui reverentia non debetur, minime sufficeret, cum tamen sufficiat in metu reverentiæ. Ad 3. ille textus loquitur de consensu tacito, & præsumpto, qui resultat ex taciturnitate, qui minime præsumitur in actu nocivo, ut explicabo n. 37.

SUMMARIUM.

Refertur opinio affirmans, solum metum reverentialem annullare professionem religionis, non autem matr. num. 17. Nec matr. nec professio annullatur, n. 18.

Solvuntur argum. nu. 19. Et explicantur c. Cum virum de regul. c. Præsens, 20.q.3. & *c. Puella, 20.q.1. Post n. 19. invenies alia summaria.*

QUæstio II. An metus reverentialis solus, sufficiens sit 17
ad professionem religionis annullandam? Affirmant quidam, statuentes eam differentiam inter matr. carnale, & spirituale, ut illud solus metus reverentialis absque minis minime irritet: hoc autem bene irritet. Probant 1. quia voluntarium militem elegit Deus, & non coactum. Cum ergo per professionem adscribatur monachus militiæ perfectionis Christi, si coacta sit, erit irrita. 2. Prob. ex *c. Puella, quod est Leonis Papæ 20.q.1.* ibi, *puellæ quæ non coactæ parentum imperio habitum susceperunt, si postea nuptias elegerint, prævaricantur.* Ergo a contrario sensu si coactæ parentum imperio, possunt deserere habitum, & nuptias contrahere. Atque ita *Clemens, 3. c. Cum virum, de reg.* hunc textum a contrario sensu inducit, aitque procedere in illis, quæ post pubertatem habitum suscepere: illæ enim possunt eligere statum, nec possunt cogi a parentibus: quare textus *ead. c. Cum virum, sunt gl. si.* ibi relinquunt tamquam manifestum, esse invalidam professionem puberis, qui coactus imperio parentum, professetur. Ergo solus metus reverentiæ annullat professionem, 3. ex *c. Præsens, 20. q.3.* ubi pronunciatur irrita professio cujusdam, qui a patre coactus est profiteri. Sic tenent *gl. d. c. Præsens verb. Patrem, Romanus l. Si ob turpem, n.12. ff. de cond. ob turp. caus.* & *l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n.17.* ubi & *Alex. de Immola n.11.* & *Jo. de Immola, n.15. ff. sol. matr. Hippolytus singulari 347. incip. matr. Jason cons.3. n.6. vol.1.* & *instit. de actio. §. Quadruplii, n.62. Grottus l. Stipulatio hoc modo concepta, nu.66. ff. de verb. obligat. Campegius de dote, p.3. q.88. n.2.* & *3. Everardus in suis topicis, loco a matr. carnali, n.10. differentia 19 Villalobos in comm. opin. lit. M verb. Metus, n.76. Suarez alleg.24. n.5. Menchaca l.1. controv. illustrium c.35. n.17. junct. n.19. Ant. Gabr. tom.2. comm. in mea edit. lib.11. verb. Metus, vers. Metus reverentialis cum minis, junct. vers. Limita secundo, f.106. col.1. Burjat. cons.72. n.21. vol.1.* Et ex Theologis, *Capua l.2. decisionum, c.55. n.17.* & 18. Et hanc sent. dicunt esse communem, *Cor.* & *Padilla, n. seq. allegandi.* Et præter hos authores, sunt alii asserentes professionem annullari solo metu reverentiali: hi sunt, *Ant. c. Cum virum, n.6. de reg. Hyppolitus l. un. nu.45. C. de raptu virg. Ignetus l.3. §. Eleganter, n.179. ff. ad SC. Gyllan. Nav sum. Lat. c.22. n.52. vers. Ostavum,* & *c. Non dicatis, 12.q.2. in 1. edit. n.63. fi. in 2.* vero, *eminent. 2. reg. n.31 fi.* & *l.3. cons. in 1. edit. tit. de regularib. cons. 84.n.2.* & *l.1. de spons. cons.36. n.2. in 2.* vero *l.3. t. de convers. conjug. cons.3. n.2.* & *lit. 1.t. De his quæ vi, cons.10. n.6. Manuel 2. tom. sum. c.8. n.10.*

Verius tamen existimo, nil differre in hoc, inter matr. & 18
professionem, & sic metum solum reverentialem non annullare professionem, sicut nec annullat matr. Probo, quia tam irritantur, eo quod impedit consensum exigunt, & metu tales impediet, aut non impediet libertatem in utroque, & irritabit, 2. prob. ex *c. fin. qui clerici, vel voven.* ubi habetur votum emissum præcepto regio, vel parentum non esse nullum. Et ita *gl. ibi verb. Metu*, quam dicit singularem *Abb. ibi, n.7.* & sequitur *Ant. ibi, n.6.* ubi *Præp. n.8.* ait solum imperium regium, vel parentum non annullare: ergo non sufficit metus obsequii, & reverentiæ. 3. probatur ex *c. Puellæ, 20.q.1.* ibi, *coactæ imperia parentum.* Ubi textus ad annullandam professionem puellæ ultra imperium paternum, quod metum reverentialem continet, ponderat coactionem. Hanc sententiam amplectuntur. *Abb. cap. Cum virum, de regul. nu.8. Præpos. c. Cum locum, de spons. al. n.5. Francus, c.2. de patiis, in 6. n.2. vers. Secundo etiam patet. Angel. instit. de action. §. Quadrupl. n.8. Zasius l.1. §. Quæ onerandæ ff. quarum rerum actio, col.4. vers. Item extenditur, sub n.10. 20. 30. 40.* Idem tenet *Romanus l. Interpositas, n.14. C. de transaction.* posita enim distinctione inter matrim. & professionem prioris sententiæ, statim num.14. indistincte ait, non annullare metum solum reverentiæ. Idem tenet *Covar. 4. decr. 2. p.c.3. §.6. n.7.* & *8. Matienzo dialogo relatorum, 3. p.c.20. nu.4. Padilla d.l. Interpositas, n.17. Ant. Cucus, lib.5. instit. major. tit.12. n.139. Salzedo super regulam 532. Bernardi Diaz. ampliazione 1.* Idem videtur tenere *Segismundus inter cons. feudalia, cons.48. n.5.* ubi ait matrim. spirituale, & carnale pari passu procedere, aut idem metus utrumque vitiet. Idem aperte videtur tenere *Satus l.7. de just. qu.2. a.1. ad 2. ad fin.* ubi dicit, si puella ingrediatur religionem parentum metu pro eorum conditione atroci, qui eam verbis, & re nimium aspere tractant, nisi religionem ingrediatur, professionem non tenere. Idem *Enrig. l.11. de matrim. c.9. n.5.* & *Lud. Lop. 2 p instruct. novi, materia de matrim. cap.40. fol.1071. §. Primo igitur ad argumentum.*

Ad argum. 1. sent. proposita, nu. 17. respondetur. Ad 1. dico 18
metum reverentialem, cum non sit cadens in virum constantem, non impedire liberam voluntatem requisitam ad professionem, nec matrim. Ad 2. respondet *Abb. c. Cum virum, de regular. n.8.* eum textum potius facere pro nobis, quia ponderat ultra metum reverentiæ, & imperii paterni coactionem. 2. & melius respondetur, cum *Host. cod. c. Cum virum, fin.* utrumque textum velle constituere differentiam inter puberem, & impuberem: quod pubes coactus a patre potest statim exire, cum judicium & discretionem habeat ad statum eligendum: impubes autem etiam coactus a patre ingredi monasterium, non potest statim exire, donec pubes factus sit: at professio in religione necessario debet fieri libere, & absque metu cadenti in virum constantem. Ad 3. dico *id c.* loqui de professione on-

nino coacta: ut constat ex iis verbis, *invitum, & contra omnem suam voluntatem*, & paulo inferius, *semper restitit*.

SUMMARIUM.

An sufficiat metus reverentialis cum minis, vel exigatur, minantem solitum esse minas exequi? refertur opinio dicens, minantem solitum esse minas exequi: & quando concurrit reverentia minanti debita, solas minas sufficere ad inducendum viri constantis metum, quamvis non probetur minantem solitum esse executioni mandare. Et nulla alia ratione id probant, nisi quia Bart l.1. §. Quæ onerandæ, n.4. ff. quarum rerum actio, ait, metum reverentiæ justum esse, si minæ, aut verbera intercedant: quod communiter DD. sequuntur, quos retuli, n.7. Cum ergo non faciant differentiam inter minas, & verbera, sicut sufficit de verberibus præcedentibus apparere, ita de minis. Sic tenet Ruinus dicens communem, cons.121. n.6. vol 4. Romanus l. Interpositas, n.14. C. de transact. Aleiat. c. Cum contingat, n.1. de jurejur. & latissime hoc detendit multos allegans Riminald. insist. quibus alien. lic. in princ. n.305. & seqq.

21 Magis tamen placet etiam in metu reverentiali, desiderari ut minans solitus sit minas exequi. Quia dum aliquis solet minas jactare, & parum exequi, perinde est ac si non minaretur, & virum prudentem nil, aut parum movent hujusmodi minæ, tamquam vanæ, & nullius momenti. Præterea, quia hoc l.4. disp.1. n.40. probavi ex multis, ad metum exigi consuetudinem exequendi minas, & nullam video rationem apparentem, nedum efficacem ad excipiendum hanc casum. Et ita hanc sent. amplectuntur *Abb. c. 1. n. 5. & c. Cum sam matr. n.3. de offic. deleg. Decius eod. c. 1. n. 12. & ibi Barojus, n. 11. & 18. Nata tr. de pactis, p. 1. n. 47.* habetur *to. 6. tractatum novissimum 2. p. Crotus l. Stipulatio hoc modo concepta, n. 67. ff. de verb. oblig. Franciscus Aretinus l. Metum, init. junctio vers. in textu*, ibi, *satisfation. C. de his quæ vi, Cov. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 4. Gama 1. p. decision. num decis. 250. n. 4. Burjatus cons. 72. n. 33. & 42. vol. 1. Flaminius de resignibenef. lib 1 3. q. 1. n. 174. Jacobinus l. Interpositas, n. 10. C. de transl. Majcard. de prob. conj. 1055. nu 18. 19. Humana super glossas Greg. Lopez p. 1. in prologo gl. 13. n. 4.* Et reipsa hanc tenet *Padilla d. l. Interpositas, nu. 20.* tantum enim dicit esse præsumptionem pro metum passo, & proinde ipsum non teneri probare eum, cui debetur reverentia, solere minas exequi, at dicit si adversarius probet non solere minas exequi, non sufficere eum metum. Idem videntur tenere *Jason l. Titia, n 8. ff. de verb. oblig. Alex. de Nevo c. Exlitteris, n. 2. de disposs. impub. Lancellotus instit. juris can. 1. 2. 1. de disposs. §. Hæc autem, vers. Non tamen sua*, ubi asserentes minas patris inducere instrumentum, addunt considerata qualitate parentum: ergo sentiunt requiri, ut pater atrox sit, ita ut timeri possit merito executio minarum. Idem tenet *Tib. Decianus cons. 18. n. 127. vol. 1.* ubi loquens de principe, cui debetur reverentia, dicit exigi ut soleat minas exequi. Idem tenet *Lud. Lop. 2. p. instr. novi, materia de matr. c. 40. f. 1071. §. Iegitur pro resolutione.*

22 In dubio autem quando, scilicet, vir potens, vel magistratus minatus est, dubium erat de sua conditione, an atrox esset, & solitus minas executioni mandare, dicendum est incurrere justum metum. Ut late probat *Barojus c. 1. de offic. deleg. n. 19.* Quod idem significat *Padilla l. Interpositas, C. de transl. n. 20.* dum ait alleganti has minas non incumbere onus probandi consuetudinem minantis, quasi præsumptio sit hujus consuetudinis. Et potest esse ratio, quia metum passus justam timendi ansam habuit, dum vir potens, cui reverentia debetur, minatus est, dum ejus mores ignorantur, nec æquum fuit illi sese periculo exponere.

23. Ad fundamentum oppositæ sent. propositum n.20. dico eam doctrinam communem de veris minis, & quæ eo nomine dignæ sunt, intelligi: quod vero de vanis minis, & quæ ore tenus tales sunt, quales sunt eorum, qui non consueverunt minas exequi,

SUMMARIUM.

Metus reverentialis, respectu quarum personarum sit in specialibus casibus, arbitrio prudentum pensandum est, n. 24.

Metus reverentialis datur in eo, qui alteri jure aliquo subditur, 25.

Datur in genere respectu soceri, n. 26. Idem in descendente respectu ascendentium, 27.

Datur respectu curatoris, n. 28. Et an respectu matris? refertur opinio negans, n.29. Et opinio authoris, n.30. Et quid, de sorore respectu fratris majoris? 31.

Quid, de fratre minore respectu majoris? n. 32. Et de sorore minori respectu majoris? 33.

Quid, respectu patrui, n.34. Post quæ innovnies alia summaria.

24 QUæstio IV. Respectu quarum personarum detur metus reverentialis? Supponendum est, hoc dubium procedere ex natura rei: in specialibus enim casibus judex, vel prudens confessarius arbitrari debet, an sit timor reverentialis: potest enim esse filius tam sui juris, & arbitrii, & ideo jussa paterna parvifaciens, ut etiam non reperiatur in ipso, respectu patris, timor reverentialis. Quærimus ergo ex natura ipsa rei, & seclusis particularibus circumstantiis oppositum suadentibus.

I. Conclusio, metus reverentialis datur in eo, qui jure aliquo subjectionis alteri subest. Ut in clerico respectu Episcopi, in æculari respectu magistratus, cui subditus, in uxore respectu viri, in filio respectu patris. Conclusio est omnium. Et ratio est manifesta, quia cum hi superiores sint, & alii ipsis subjecti suapte natura quamdam reverentiam & obsequium eis debent, quæ reverentia timorem ac pudorem incutit, ut minus audeant ipsorum voluntati contradicere.

II. Conclusio, idem dicendum est respectu soceri. Quia so- 26
cer parentis locum obtinet. Ubi habetur *l. Quia parentis*, 17. *ff. sol. matr.* ubi *gl. initio*, rationem reddit: quia conjuges per matr. una caro fiunt, atque ita pater unius, est quasi alterius pater. Quare *l. Transactionem, n.2. C. de transact.* ait, non minorem reverentiam deberi socero, quam patri. Hanc tenent *Aimon. cons. 282. n.9. vol. 2. Franc. Aretinus cons. 24. n.6. Padilla l. Interpositas, n. 21. fin. C. de transact. Salzedo addit. ad reg. 532. Bernardus Diaz fine.*

II. Conclusio, idem est dicendum de avo. Quia tamquam 27
pater colitur: ita *Nav. l. 3. cons. in 1. edit. tit. de regularibus, cons. 84. n. 2. & in 2. tit. de convers. conjug. cons. 3. n. 2.* Et sic dicit, timorem avi reverentialem irritare professionem, sicut & patris. Idem eadem ratione dicerem, de timore aliorum ascendentium, quia tamquam parentes habentur, & coluntur.

IV. Conclusio, idem dicendum est de curatoris timore: 28
Quia loco parentis habetur, ita *Nav.* dicens irritare matr. & professionem, casu quo timor parentis irritaret, *l. 4. cons. in 1. edit. tit. de Ipsos cons. 36. n. 5. in 2. lib. 1. tit. de his quæ vi, cons. 10. n. 5.* & de tutore dicit idem *Enriq. l. 11. de matr. c. 9. n. 5.*

De timore autem matris, *Burgos de Paz, cons. 3. n. 55.* ait 29
non sufficere. Quia feminæ minus timentur, cum minus audaces sint, & imbecilliores, *l. Quisquis, vers. ad filias, C. ad l. Juliam majestatis*, ibi, *quas pro infirmitate sexus minus aufuras confidimus, & l. tit. 2. p. 7. ad finem*, ibi, *no deve homo amar*. Idem videtur tenere *Hippolytus cons. 124. n. 13.* ubi dicit non præsumi metum, si filia contrahat in præsentia matris, sicut quando præsente patre.

V. Conclusio sit, quamvis non ita facile præsumatur hic 30
metus respectu matris: at ubi mater esset crudelis, & austera, solitaque minas exequi, sufficiens est metus reverentialis mas solitaque minas exequi, sufficiens est metus reverentialis matris, sicut & patris. Prob. quia utrique parenti subditus est jure naturæ filius, utrumque tenetur revereri, acutrique ratione hujus reverentiæ debitæ displicere timet: idque merito, ac jure optimo, natura hoc dictante. Hoc supponit *Franciscus Aretinus cons. 25. n.6.* & tenet *Gutier. cons. 16. n. 16. & 19.*

VI. Conclusio, idem dicendum est in sorore respectu fra- 31
tris majoris natu: unde in casibus, in quibus patris, vel mariti metus reverentialis sat est ad contractus rescisionem sufficiet etiam fratris majoris natu, respectu sororis. Quia soror minor quamdam reverentiam & timorem habet respectu fratris majoris. Sic docent *Socinus senior. cons. 263. n. 3. & 4. vol. 2. Franc. Aretinus cons. 24. n. 6. Curtius junior cons. 141. n. 11. vol. 2. Ripa in respons. it. de donationibus, resp. 4. num. 8. Turaq. de primog. in præfat. a. 143. & post leges connubiales, gl. 5. num. 36. Ruinus cons. 60. n. 10. vol. 3. & cons. 98. num. 24. vol. 1. & cons. 170. nu. 16. vol. 1. Peralta, l. Titia cum testamento § Qui in vita, num. 1. ff. deleg. 2. Avendanno t. de except. declarat. ad l. 4. n. 31. vers. Et in ista exceptione* aitque ita consultum esse per viros doctissimos. Idem *Menoch. de arbitr l. 3. centur. 2. ca. 136. n. 6. & cons. l. 1. n. 492. vol. 1. Ant. Cucus* dicens esse irritum matrim. quando soror jussu fratris contraxit, *l. 5. inst. major. t. 12. n. 148. Padilla d. l. Interpositas num. 21. fine, Claudius l. Quæ dotis 28. ff. solut. matrim. Oroscius l. Veluti, num. 7. ff. de jussi. & jur. Matienzo dialogo relato 3. p. c. 20. num 6. Azeb. l. 4. recop. t. 21. l. 1. num. 193. Salzedo addit. ad regulam 532. Bernardi Diaz, fin. Ant. Gabr. tr. 2. commun. in mea edit. l. 11. verb. metus, f. 106 col. 2. Guttier. cons. 16. num. 17.* Quamvis *Capitius dec. 158. n. 33.* dicat se vereri, non dari in fratre timorem reverentialem: quod admitterem, quando soror non habitaret cum fratre, ab eoque non gubernaretur. Unde merito *Francisc. Aretin. Ruinus, & Tiraq. illa præfatione num. 143. Peralta, Ant. Gabr. Padilla*, non absolute dixere, dari timorem reverentialem in sorore respectu fratris majoris, sed addiderunt, quando cum eo habitat, ab ipsoque gubernatur, quod idem alii tenere videntur, nam omnes illi Francisc. Aretinum allegant.

Imo idem dicendum est in fratre minori, respectu majoris: 32
datur enim timor reverentialis: eadem ratione. Sic *Tiraq. utroque loco cit. Curtius junior, Ripa, Oroscius, Salzedo, Claudius, Matienzo, Azebedo, Avendanno, Guttier. Padilla, Ant. Gabr. citatinum præced.* Idem *Ruin. cons. 98. n. 24. vol. 1.* Quod similiter intelligitur, quando frater minor cum majori habitat, & ab eo gubernatur. Ut bene limitant *Tiraq. illa præfatione, n. 143. Ruinus, Padilla, Ant. Gabr. ibidem.*

Idem eadem ratione dicendum est, de sorore minore co- 33
habitante cum sorore majori, a qua gubernatur. Quia tunc soror major est veluti mater. Sic *Peraltan. 33. citatus.*

VII. Conclusio, similiter est metus reverentialis respectu patrui. Quia patruelis, seu neptis ex fratre patris illum tamquam patrem veneratur. Sic *Anch. cons. 339. n. 32. Aimon. cons. 976. n. 16. l. 5. Capicius dec. 159. n. 35. Peralta l. Titia cum testamento § Qui in vita, n. 1. ff. de legat. 2. Menoch. cons. 1. n. 493. vol. 1. Ant. Cuc. l. 5. institutionum major. t. 12. n. 148. Padilla d. l. Interpositas, nu. 21. fin. Guttier. cons. 16. n. 17. Salzedo addit. ad reg. 535. Bernardi Diaz fin.* quamvis aliqui ex his loquantur de nepte ex fratre, quæ est *sobrina de parte del padre. Ut Anchar. Peralta*: at idem de nepote ex fratre, id est, *de el sobrino de parte del padre*, dicendum est. Et ita *Aimon. Capicius, Guttier. Padilla, Salzedo* indistincte de patruo loquuntur: & *Menoch.* loquitur de patruele, quod nomen utrumque sexum amplectitur: & expresse tenet *Anton. Cucus*, & ait talem metum irritare matrim. limitat tamen, quando puella, vel masculus est paulo pubertate major: sed melius limitat *Capicius prox. cit.* quando patruelis est in domo patris, sub ejusque gubernatione remanfit: & quamvis DD. non loquantur de avunculo, *que es tio hermano de madre*: credo respectu ejus dari metum reverentialem, quando cum eo nepos ex sorore habitat, ab eoque gubernatur. Quia eadem est ratio.

SUMMARIUM.

An metus reverentialis absque minis annullat consensum tacitum, qui resultat ex præsentia cum taciturnitate? referuntur duæ sententiæ, num. 35. & 36.

Taciti, & expressi, idem est judicium, 36.

Sententia authoris utramque conciliant, 37.

Quid si tale matr. sit præjudiciale, n.36. & quid de professione tacita eo metu reverentiali facta, n.39. junct. n.35.

35 QUæstio V. An solus metus reverentialis annullet consensum præsumptum ex præsentia, cum taciturnitate; Ut si præsente filio, & tacente contrahat pro eo pater sponsalia, vel matr. filius tamen ettsi consentiat, & taceat, at nec consentiret, nec taceret, nisi obreverentiam paternam? Triplex est sent. I. ait, solum metum reverentialem annullare consensum tacitum, & præsumptum, quamvis minæ non intercedant. Probatur, quia ille consensus cum tacitus sit, & præsumptus, facile elicitur, Ex *l. penult. ff. de furtis*, ex qua constat, videntem res suas capi, & propter reverentiam tacentem, posse agere actione furti: ergo talis taciturnitas non est consensus. Sic tenent *gl. a. Unusquisque, verb. Sit tacitum, 22. q. 4. & c. Plerumque, verb. Et tacent 2. o. 7. & l. Filius familias 8. verb. Non probatur, ff. de procur. Bart. l. Quæ dotis, n. 23. ff. solut. matr. Bald. l. Si fine, n. 1. C. ad S.C. Velljan. & l. 1. n. 12. C. de bonis matern. Ant. c. Nonne, ad fin. de præsumpt. Anchar. c. Cum virum, n. 4. de reg. Fel. c. Cum omnes, n. 12. de consl. Hippol. singul 147. Jason inst. de act. §. Quadruplic, n. 64. & 65. Franc. Aretin. cons. 14. n. 8. Campegius de dote, p. 3. q. 88. fin. Montalvus l. 8. gl. 2. init. t. 11. l. 1. fori: Peralta l. Titia cum testamento § Qui in vita n. 1. ff. de leg. 2. Cov. 3. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 5. Mincb. l. 1. contr. illu. c. 35. n. 21. Ant. Cuc. l. 5. inst. major. t. 12. n. 131. Matienzo dialogo relat. 3. p. c. 20. n. 5. Azeb. l. 5. recop. t. 1. l. 9. n. 28.* Unde inferunt *Cov. Ant. Cuc. & Menchaca*, non valere sponsalia, nec matrim. quando præsente filio, & tacente contraxit pro eo pater, si filius tacuit ob reverentiam, alias minime taciturus. Et confert valde ad hoc, doctrina *Innoc. cap. 1. de his quæ vi, fine*, quam dicit esse notabilem *Abb. ibi n. 14.* & sequitur ibi *Immola, n. 13. vers. Si autem intercedit*, ubi statuit differentiam inter professionem tacitam & expressam, quod ad hanc irritandam requiratur metus cadens in virum constantem; ad illam vero, quæ est per delationem habitus professorum, quicumque metus. Quia ex delatione habitus oritur sola præsumptio professionis, quæ facile tollitur per aliam: quod idem sequitur *Card. ibi in fine*, addens saltem minorem metum sufficere ad elidendam illam taciti consensus præsumptionem.

36 II. Sent. docet minime sufficere metum reverentialem, nisi adsint minæ, 1. quia taciti & expressi idem est judicium, *l. Cum quid ff. de reb. cred. Et si cert. petat. 2.* Quia patri maxima debetur reverentia, & tamen si pater contrahat sponsalia pro filio tacenti, & præsenti, *valent, c. un. 6. Porro de spons. impub.* ergo metus reverentialis solus non annullat illum tacitum consensum. Hanc tenet *Abb. c. Nonne, de præsumpt. n. 1. ad finem, ibi Felin. n. 22.* explicans quamvis actus sit præjudicialis. Idem *Felin. c. Causa matr. de offic. delegat. n. 4. fin.* dicens in praxi hanc opinionem sibi placere, quamvis attento juris rigore contraria sit verior. Eamdem tenet *Francus c. 2. de pactis in 6. n. 2. vers. Secundo etiam patet. Socin. l. 2. n. 7. ff. sol. matr. & ibi Vincent. n. 4. Jason l. Quæ dotis, n. 96. ff sol. matr.*

37 III. Sent. distinguit, si actus sit præjudicialis, satis est metus reverentialis, ut non censeatur filius consentire tacendo. Et hanc manifeste probat *l. penult. ff. de furtis*, quam 1. sent. pro se affert, agitur enim in ea de actu præjudiciali, nempe de furto: Et in hoc casu est vera prima sent. Si vero actus sit favorabilis, ut matr. quod contrahit pro filio pater, tunc censetur consentire, nec is consensus annullatur per solum metum reverentialem: & hoc probat argum. 2. sent. & in hoc casu ea est vera. Sic *Decius, c. Causam matr. n. 26. & seqq. de offic. deleg. Alex. l. Quæ dotis, n. 27. fine ff. sol. matr. & l. Interpositas, n. 5. C. de transl.* ubi *& Aleiat. n. 13. Guttier. de juram. 1. p. c. 4. n. 28. Barbosa alios allegans, 1. 2. §. fin. n. 7. & 8. ff. sol. matr.* Et clare videtur tenere *Enriq* quoad priorem partem *l. 11. de matr. c. 9. n. 5.* ubi ait, matr. quod contrahit pater, vel tutor pro puella

præsenti, & tacenti, esse nullum, quando puella non ausa est contradicere patri, aut tutori truculento pro ea respondenti; ubi non dixit absolute, patri aut tutori, sed addidit truculento, quasi requirens ultra reverentiam, ut tacite adsint minæ. Et idem tenet in matr. saltem in foro conscientiæ. *Lud. Lop. 2. p. instr. novi, materia, de matr. c. 40. ad fin.* ubi ait valere in foro conscientiæ matr. si tacet filius, & interius consentit ob solam reverentiam patris, alias non taciturus, nec consensurus. Et hæc sent. plus mihi placet, Intellige autem priorem partem hujus sententiæ, ut non valeat, quando est actus præjudicialis, nisi modicum sit præjudicium: parum enim pro nihilo reputatur. Sic *Alex. utroque loco cit.* Et forte ita esse dicit *Guttier. ibi cit.* Intellige etiam quando est matr. præjudiciale, non censeri consentire, quoad præsumptionem in foro externo: si enim vere esset consensus, esset matrimonium.

Hinc fit, si matr aut sponsalia essent indigna filio, & ei 38
præjudicialia, non præsumi consensum ob taciturnitatem, quando filius taceret ob patris reverentiam. Sic *Barb ibid n. 9.* At si revera consentiret, non credo annullari per eum metum: ut tenet secunda sent. relata n. 36. & proxime dixi.

2. Infertur, veram esse doctrinam Innocentii, & aliorum al- 39
latam in 1. sent. in ejus favorem, nempe professionem tacitam censeri annullari per solum metum reverentialem. Quia actus profitendi est valde onerosus, & fie per taciturnitatem, & actus tacitos, & præsumptos, non induci consensum, quando ille tacet ob reverentiam, alias minime taciturus: & ita in hoc casu verum tenebit prior sent. at si revera consensit, credo veram 2. sent. Ad arg. constat ex dictis in hac 3. sent. n. 37.

DISPUTATIO VII.

An preces importunæ incutiant metum cadentem in virum constantem, ac proinde sufficientem ad aliorum contractuum rescisionem, matrimoniique annullationem.

SUMMARIUM.

Preces non importunæ principis, aut superioris non soliti sævire in non obtemperantem, non incutiunt metum constantis viri, n. 1. & in dubio an præsumatur sævire? n. 2.

In dubio non sumitur præsumptio partis deterioris, & nemo præsumitur malus, 2.

Blanditiæ principum, & aliorum superiorum quando inferant metum viri constantis? 3.

Refertur opinio asserens preces importunas inferre metum viri constantis, & ita annullare matrim. & vel cindere alios contractus, 4.

Refertur alia opinio affirmans id efficere preces importunas, cum metu reverentiali, 5.

Alia opinio id negans de precibus importunis etiam cum metu reverentiali, 6.

Sententia authoris, n. 7. & quæ dicantur preces importunæ, n. 8. Et solvuntur argum. 9.

1 DIsputatio præsens solum est de metu gravi, ac viri constantis, qualem ad rescisionem contractus, & matrim. annullationem, jura desiderant. Nam quando inferant metum levem, ex quo consurgat obligatio restituendi precibus importunis extorta, sermo habendus est tota disp. 10. Et in primis, quando preces non sint importunæ, commune, & verissimum est, preces principis, ac superioris non soliti tyrannice tractare sibi non acquiescentes, non incurere gravem metum. Colligitur a contrario sensu ex *l. fin. C. de his quæ vi*, ibi, *vendiliones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extorte sunt, precipimus infirmari*: ubi pondero verbum, Extortæ, nam extorquere, violentiam significat, *l. Fideicommissa § Si rem, ff. de legat. 3.* & in hoc sensu accipitur *c. Conquerente, de clericis non resid.* Et ita *gl. d. l. fin. verb. Infirmari*, ait, *intelligo* sola potentia absque tali extorsione non sufficit. Item, quia ubi alia tyrannis in principe non cognoscitur, ejus preces, aut imperium non tantam vim habent, ut virum prudentem & constantem cogant; alias principibus nihil petere liceret. Sic docent *Jo. And. c. fi. qui clerici vel vovent. fin.* ubi *Ant. n. 6. Card. n. 4. oppos. 3. Abb. n. 8. Prepos. n. 8. idem Abb. c. 2. n. 4. & c. Cum dilectus, num. 8. de his quæ vi, Felin. c. Causam matr. nu. 3. & c. 1. n. 2. de offic. deleg. Barojus eod. c. 1. num. 18. Jason cons. 3. n. 6. vol. 1. Romanus l. Interpositas, n. 3. C. de transact.* ubi *& Aleiat. num. 11. Franc. Aretinus l. Metum, fin. C. de his quæ vi, Guiller. Benedictus c. Raynutius, de testam. verb. Condit. el 2. num. 2. Alex. cons. 16. num 10. vol 3. Decius cons. 219. n. 1. & 2. vol. 2. & regula, In omnibus, 39. n 4. ff. de re jur. Paris. cons. 139. n. 16. vol. 4. Tiraq. de pœnis temperan. cauf. 35. nu 8. Rosella verb. Impedimentum, impedi. 10. num. 3. Angel. verb. Metus, n. 2.* ubi *& Sylv. q. 2. & Martinus 8. q. 11. dict. 10. Nav sum. Lat. & Hisp. c. 17. num. 46. Rolandus cons. 83. num. 25. vol. 2. Ant. Cuc. l. 5. inst. major., t. 12. nu. 142. Padilla d. l. Interpositas, nu. 15. Aviles c. 21. Prætorum gl. Ruego concl. 193. num. 5. Flamin. de resignat. benef. l. 13. q. 1. n. 177. usque q. 1. n. 2. fin. Armil. verb. Coactio, num. 2.* Et ex Theologis *Sot. 4. d. 29. q. 1. a. 2. vers. Eiusmodi autem metum, Verac. 1. p. spec. art. 8. concl. 5, Enriq. l. 11. de matr. c. 9. n. 5. in comm. l. B. Manuel l. tom.*

sum.2.edit.c.231.n.5. Quare in his verificatur illud commune proverbium, *est opus ducum, species violentæ jubendi*. Ex his intelligenda venit *gl. c. Convenior, verb. Morere*, 23 *q.* 8. quam sequuntur *Albert. Brun. inter consilia feudalia, con.*14. *num.*386. *Barbat. cons.*60. *n.*4. *vol.*1. ubi ait, præceptum regium inducere justum metum: venit enim intelligenda, quando Rex solet male tractare sibi non obtemperantes. Et eodem pacto veniunt intelligenda multa quæ cumulat *Tiraq. de pœnis temper. tota causa*.

35. ad probandum preces principis inducere necessitatem.

2 In dubio autem non præsumitur consuetudo male tractandi. Quia non est sumenda præsumptio deterioris partis, nemo enim præsumitur malus. Ut late probat *Menoch de præsumpt. l.*1. *tota præsumpt.* 8. Sic *Felin. c.*1. *nu.* 2. *vers. An autem preces, de offic. deleg. Mascar. de probat. concl.* 193. *num.* 6.

3 Idem dicendum est, de blanditiis principum, & aliorum superiorum: non enim inducunt metum viri constantis, nec annullant actus. Ut bene docent *D. Bonav.* 4. *d.*29. *q.*1. *n.*8. & *ibi Durand.q.*2. *ad* 1 *Scotus q.un. ad fin. Paluda q.*1. *a.*3. *n.*20. *Richar. a.*1. *qu.*1. *ad* 3 *Veracruz* 1. *p. spec. a.* 8. *d.* 2. *quod movet posi* 7. *conclusionem. Enriq. l.*11. *de matr. c.*9. *n* 5. Et ratio est, quia blanditiæ non minuunt, imo augent voluntarium, teste *D.Th.*1. 2. *q.*6. *a.*6. Verum si tacitæ minæ infint, ut quia solet princeps sævire suis blanditiis in resistentes, incutiunt metum viri constantis, sicut de precibus diximus. Sic *Romanus l. Interpositas, n.* 3. & 4. *C. de transact. Nav. sum. Lat. & Hisp.c.*17. *n.*16. *Mascard. de probat. concl.* 193. *n.*4. & 8. *Lud. Lop.1. p. instruct. c.*96. §. *Addit. vero*. Hinc venit intelligenda *gl* 1 *un. verb. Pignora, C. Si rector provinciæ*, ubi ait non esse matr. quando contrahentes blanditiis principum inducti sunt ad illud: quam sequuntur dicentes blanditias principum inferre metum viri constantis, *Hippol. singulari*, 645. *incip. Advertant principes. Sigismund. inter consilia feudalia, cons.*17. *nu.*21. *Albert. Brunus inter eadem consilia, cons.*14. *n.*387. *Burgos de Paz cons.* 25. *n.*72. Hæc enim omnia intelligenda sunt, quando blanditiis principum insunt tacitæ minæ modo exposito.

4 Difficultas autem potissima est, quando preces importunæ sunt, an secluso omni alia ratione rimendi inferant metum cadentem in virum constantem? Triplex est sententia. Prima dicit solas preces importunas incutere hujusmodi metum. Probatur ex illo Christi, *Luc.*11. ubi de petente ab amico panes, amicoque negante, ponderat Christus vim precum importunarum, & qualiter cogant, atque ita ait, *si ille perseveraverit pulsans, etsi non dabit illi, eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem ejus surget, & dabit illi*. Interpretatio Syriaca vertit, *propter importunitatem*. Et fortius urget illud *Judic.*16. ubi fortissimum Samsonem importunis uxoris precibus coactum detegere veritatem, Scriptura commemorat his verbis *Cum que molesta esset ei, & per multos dies jugiter adhæreret, &c.* Ubi versio lxx. interpretum ait, *Et factum est quando vexavit illum sermonibus suis*. Chaldaica. *Cum molestaret illum in verbo suo, & oppressit eum, Vatablus ibi n.*34. vertit, *coarctaret, & pene cogeret. Abulens. super ea verba, q.*15. *in fin.* ait, *Molestabat, & per istum, modum recesse erat quod tædio affectus exponeret veritatem*. Ex quo loco Scripturæ S. juntia aliorum verisone, manifeste constat preces importunas habere vim oppressionis, & vexationis, ac proinde meum gravem incutere. 2. prob. ex *Extravag. Execrabilis: Jo.*22. *de præb. statum in princ.* ibi, *& improbitas importunitatis petentium a nobis, prædecessoribus nostris, non tam obtinuisse, quam extorsisse plerumque noscuntur*. Ubi *gl. verb. Extorsisse*, ait, *ab invito per talem importunitatem*. Et eandem importunitatem, ad inferendam vim, ponderat *textus c. fin. de rescript. in* 6. ibi, *quia pro ambitiosam importunitatem petentium, &c.* Ubi *gl. verb. Importunitatem*, ait, *propter quam principes sæpe non concedenda concedunt*. Et melius, *l.*1. *C. de petit. bonorum, lib.*10. ibi, *inverecunda petentium inhiatione constringimur*. Ubi *gl. verb. Inhiatione*; explicat, idest, frequenti petitione: ergo nimia importunitas cogit principem, ne dum privatos. 3. Prob. ex *l. an. C. de raptu virgin. ad fi.* ubi raptor virginis, sive nolentis, sive volentis, pœna capitis plectitur; & redditur ratio, his verbis, *hoc ipsum velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur, nisi enim eam solicitaverit, nisi dolosis artibus circumvenerit, non facit eam velle*. Ubi *Baldus n.*20. opponit, volenti non fieri injuriam, & ita non esse raptum: & respondet, verum esse, quando vult simpliciter, secus, quando verbo fuasit. Ergo nimia importunitas violentiam infert, alias non esset raptus. 4. Prob. ex *l* 3. *vers. Si quis volentem, ff. de libero hom. exhib.* ibi, *Si quis volentem retineat, non videtur dolo malo retinere. Sed quid, si volentem quidem retineat, non tamen sine calliditate circumventum, vel seductum, vel solicitatum? Recte dicetur dolo malo retinere*. Ubi *Justus*, vel *solicitatum?* Recte dicetur dolo malo retinere. Ubi *Justus consultus* solicitationem æquiparat deceptioni, quæ voluntati omnino repugnat. 5. Prob. ex *l Eum*, 5. *C. de apellatis*, ibi, *qui servum, sive ingenuum, invitum, seu fuasione*. Ubi violenta, & importuna fuasio æquiparatur; & ita *Salic. ibi, n. un.* ait per importunitatem facta, dici fieri prope violenter. 6. Prob. ex *l.* 1. §. *Qui bona fide, verb. Persuadere, ff. de servo corrupt.* ibi, *persuadere est plus quam compelli, & cogi sibi parere*. 7. Prob. ex *l.*1. *C. ne filius pro patre*, ubi textus dicit pecuniam extortam, esse authoritate præsidis provinciæ recuperanda. Ubi *gl. verb. Extorta*, ait, fuasionibus: ergo importunæ fuasiones actum rescindunt. Quod minime efficerent, nisi metum viri constantis continerent. 8. Prob. ex *l.*1. *t.*19. *p.*7. *fi.* ibi, *como manere de fuerça es ssacar.* 9. Prob. ex *D. Bernard. de consideratione ad Eugenium*, ubi dicit licentiam per importunitatem obtentam, non esse licentiam, sed violentiam. Ultimo, quia importuna, & sæpe repetita petitio virum prudentem & fortem gravius torquet, quam minæ, & nihil est quod non efficiat, ut preces importunas. & molestas evitet. Pro hac sent. sunt *gl. c. Audaces, verb. Et non per me.*8. *q.*1. *Domin. c.fi. n.*1. *de rescript. in* 6. *R. buf. t.*2. *cons.* 1. *regiar.*1. *Ut beneficia ante vacationem.a.*2. *gl.*15. *Verj. Ratio est, Jo. Lup. rub. de donat. inter. vir. & uxor.*8. *n.*81. *n.*5. *Matienzo l.*5. *recop. l.*1. *t.*10. *gl.*1. *n.*1. ubi docent per importunitatem obtenta, dici fieri invito dante. Et melius faciunt *gl. c. Si quand. ver. Qualitate de rescrip. & c. Tuæ, de preben. in princ. Rebuf. eod. toto* 2. *t. de rescript. a.*2 *gl.*3. *init. Matienzo eod. l.*20. *gl.*1. *n.*2. *Azeb. l.*5. *recopil.t.*10. *l.*13. *n.*2. ubi docent per importunitatem obtenta, non debere valere: at non esse cassanda, nisi metus caderet in virum constantem. Et pro eadem parte sunt *gl. c. Sunt qui opes, verb. Non judicio*, 12. *q.*4. *& c. Tuæ verb. Importunitatem, de præb.* ubi & *Host. initio, & Immola, n.*2. *Jo. Lud.a.*§. 81 *n.*3. *Rebuf. d. t. de rescript.a.*2. *gl.*3. *vers. item non valet electi.* ubi per *c. Ofius. de electione*, docent electionem factam ad importunum populi clamorem, non valere. Facit etiam *gl. c. Unusquisque, verb. Saltantium*, 22. *q.*4. ubi docet, quod ad importunum populi clamorem promittitur non tenere. Faciunt etiam *gl. d.c. Sunt qui opes, verb. Non judicio*, 17. *q.*4. *Peralta, l. Si quis in princ. n.*93. *ff. de legat.*3. ubi docent, votum per importunitatem, & impulsum aliorum emissum, non tenere: cum tamen juxta communem, & verissimam sententiorum solum invalidum sit, ob metum cadentem in virum constantem. Item pro eadem sent. sunt *Bald. l.* 1. *C. de pet. bonorum l.* 20. *Lud. Burgensis, l. Si se subjiciant, n.*38. *ff. de judiciis, Ant. de Petrucia, l.*1. *n.*46. *ff. de jurejur. Rebuf. d.t. de rescript.a.*2. *gl.*3. § *Ad hæc donat. & d.t. Ut benefic. ante vacationem, a.*1. *gl.*1. *n.*4. *Jo. Lup. d.* §. 81. *n.*1. & 10. & *Peralta d. l. Si quis in princ. nu.* 94. *Segura l.*1. 6. *Si vir, n.*228. *ff. de acquir. possess. Aviles c.*21. *præterum gl. Ruego, n.*5. ubi docent, donationem factam ulcro ab eo, ob nimiam ipsius importunitatem, non valere, nec morte confirmari. Et idem docent *ibi Segura n.*130. & *Peralta, eod. n.*94. *de donat. inter patrem, & filium fam. ob casum æquiparationem*: & addit *Peralta*, nec in regno Castellæ reputari meliorationem in 3. & 5. bonorum parte, juxta *l.*26. *Tauri*. Quæ vera minime essent, nisi preces importunæ continerent metum viri constantis. Faciunt pro eadem sent. *Cepola cautel.* 36. *incip. Licet cum verbis blandiis, n.un. Lucas, de Penna. l. Prædia, C. de locat. præd. l.*11. *Jo. Lup. d.* §.81. *n.*14. *Segura*.90. §. *Si vir, n.*131. *Peralta eo. n.*94. *Gum. Arias, l.*24. *Taur. n.*26. *Spino spec. testam. gl. rubr.*2. *p. nu.*8. ubi dicunt, testamentum a morti proximo variatum ultantium importunitatibus, non habere robur: & reddit rationem *Peralta*, quia importunæ preces etiam parium, vel minorum habentur instar justi metus. Pro eadem sent. funt *Segura eo.* §. *Si vir, n.*129. & *Tib. Decian. cons.* 65. *n.*3. *vol.*2. docentes revocari legatum relictum a viro uxori ob nimiam ejus importunitatem. Faciunt pro eadem sent. multi dicentes paria esse, aliud violenter & metu fieri, ac precibus importunis. Hi sunt *Bertius decis.* 101. *n.*10. *Calcaneus cons.* 25. *n.*30. *Cursius sunct. cons.*142. *n.*18. *vol.*2. *Romanus l. Si ob turpe, num.*14. *ff. de condit. ob turp. caus. Simon. cons.*192. *nu.*12. *vol.*1. *Paulus, cons.*174. *n.*1. *vers. Sed ad hoc respondetur Oldrad cons.*30. *n.*1. *ad fin. Lucas de Penna l.*1. *n.* 11. *c. de petit. bonor. l* 10. *Rebuf. d. t. de rescript. a.*1. 2. *gl.* 3. §. *Præterea tract. Menoch. l.*2. *de arbitr. casu* 295. *n.*41. & *de præsumpt. l.* 4. *præsumpt.* 11. *fin. Decianus cons.*65. *n.*4. *vol.*2. *Padilla l. Interpositas*, 32. *C. de transact. Guttier. l.*1. *q. canon c.*37. *n.*20. *Matienz. l.*5. *recop. t.*10. *l.*17 *gl.*6. *n. un.* Et dicunt *Romanus*; & *Padilla*, id verum esse etiam quoad actus rescisibiles, ubi sentiunt inferre metum cadentem in virum constantem, alias minime sufficerent ad actus rescisibiles. Pro eadem parte est *Jason, l.*1. *n*1 *ff. de condit. indeb.* ubi ait solutum propter nimiam importunitatem, posse repeti, ac solutum per errorem. Alia testimonia Doctorum possent adduci pro hac parte, qui dicunt obtenta per preces importunas esse obnoxia restitutioni: sed consulto omitto, cum enim metus legis obliget ad restituendum, ut dicemus disp.9 & 10. tantum illa probant esse metum levem: & ideo in eo loco ea in medium afferimus. Et in propriis terminis tenent hanc sententiam, docentes Spontalia, & matrim. contracta ob nimiam importunitatem, esse irrita, *Angelus de Ubaldis inter consilia matrim. Zileti, cons.* 46. *nu.* 4. & *Martinus de Garatis inter eadem consilia, cons.*15. *nu.*17.

5 Il Sententia limitativa loquitur, afferens preces importunas una cum metu reverentiali, ut si sint personæ, cui debetur reverentia, incutere metum cadentem in constantem virum, Prob. ex *c. Petitio, de jurejurando*, ubi habetur juramentum, quod Antiochenus princeps extorsit, non esse servandum, Ubi *Innocentius in principio, & Host. ibi initio, super verb. Extorsit, & Joan. Andr. ibi n.*2. inquiunt, extorsit, scilicet precibus importunis, vel etiam metu, qui caderet in constantem virum; ubi parificant preces importunas principis, cui debetur reverentia, cum metu cadente in virum constantem: nam secus esset dicendum, quando non est vera coactio: ut *c. ad nostram, el* 3. *de jurejur.* ubi textus dicit quasi per coactionem. 2. prob. ex *c. Cum inter R. de electione*, ibi *Celestinus prædecessor noster ad componendum coegit in vitum: ubi Innoc. statim in princ.* ait, *invitum, quia devictum instantia precum*. 3. probatur, ex *l. Fidejussor. impetravit*, 26. §. *Pater Scii, ff. de pignor.* ibi, *pater Scii filio emancipato facile persuasit*, ubi *Jurisconsultus* ponderat facilem suasionem paternam, ut actus filii dicatur voluntarius: ergo a contrario sensu, aliud esset dicendum si vehemens, & importuna esset patris suasio. Hanc sent. tenet *Mat. de affict. decr. Neap.*69. *n.*3. *fi.*4 & 5. ubi ait, importunas preces eum metu reverentiali mariti æquiparari metui, & ita factum Palatium Neapol. decrevisse legatum factum ab uxore ejus marito, importunis precibus esse nullum. Idem videtur tenere *Jason cons.* 133. *n.*18. *vol.*4. ubi dicit nimiam importunitatem personæ, cui debetur reverentia, esse idem quod dolum. Idem tenent decentes preces importunas ejus, cui debetur reverentia, æquiparari metui, quoad actus rescisibiles, *Socinus senior cons.*263. *n.*8. *vol.*2. *Jodoc Nevizano cons.*22. *n.*22. *Montalvus, l.*8. *gl.*2. *init. t.* 11. *l.*1. *fori, Octavianus dec. Pedemont.*179. *n.*4 *Salzedo super regul.* 532. *Bernardi Diaz limitatione* 3. *Mascardus de probationibus, concl.* 193. *n.*9. Et clarius id docent alii Doctores afferentes contractum quemcumque ab uxore, ob nimiam viri importunitatem, esse rescindendum, ac si metu esset celebratus: hi sunt *Vitalis de Combanis tr. clausularum, in clausula, non vi, vel metu c. De metu tyranni, n.*4. *Padilla l. Interpositas, n.*32. *C. de transactio Guttier. l.*1. *q. canon.a.*37. *n.*17. & 18. Idem videtur tenere *Jason* §. *Quadrupl. n.*66. *inst. de actio.* ubi ait importunas preces viri haberi loco minarum: & *Ripa in respons.t. de donat. respons.* 4. *n.*8. ubi ait importunas preces fratris majoris non distare a metu. Et melius hoc tenet *Joe Garzia de nobil. gl.*17. *n.*15. ubi expresse dixit hujusmodi preces incutere metum viri constantis, & amplius dicit, n.23. quamvis vir, parens, aut superior, sit ingenio non agresti, feroci, austero, sed miti, urbano, placido, si tamen sæpe per se, & per alios etiam submisse, & honeste roget uxorem, filiam, aut subditum, ut consentiat venditioni, censeri eam per metum factam, & rescindendam esse. Et in propriis terminis matr. & professiones, docent annullari per preces importunas una cum metu reverentiali, sicut annullantur per minas cum eodem metu *Cov.4. decret.2. p. c.*3. §.6. *fi. Villalobos in comm. opin. lit. M verb. Metus, n.*77. *tunct.n.*74 *Veracruz* 1. *p. spec. art* 8. *post* 7. *concl. dub.*2.

6 Tertia sent. dicit, preces importunas, quamvis metui reverentiali conjunctæ sint, non inferre metum viri constantis. Quia non videntur tantam vim habere, ut constantem virum meritо movere debeant. Hanc tenent *Abb. c. cum inter R. n.*8. *de elect.* ubi ait preces instantissimas principum non inducere justum metum, ad rescindendum actum, nisi sævire soleant in sibi non obtemperantes. Et ipsum sequuntur *Roland. cons.*83. *n.*27. *vol.*2. *Ant. Gabr.to.*2. *comm. lib.*11. *verb. Metus, vers. Preces instantissimæ, in mea edit. f.*107. *col.*1. Et in matr expresse id tenet *Enriq. l.*11. *de matr. c.*9. *n.*5 *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c.*40. *f.*1072 §. *Adde tamen*. Et videtur tenere *Ledes.*2. *p.*4. *q.*49. *art.* 3. *ad fin. ante ult. dub.* ubi absolute docet, preces importunas non annullare matrimonium.

7 Sit conclusio, inter has sent. secundam reputo probabiliorem. Cum enim ex una parte importunitas cujuscumque sit, valde urgeat, ne dicam, vexet, & opprimat (ut probant omnes textus adducti pro 1. sent. n. 4.) & ex altera parte reverentia personæ petentis debita, pusillanimem ac timidum, nec audentem contradicere, rogatum reddat, merito, ac jure optimo utraque metuendi causa conjuncta, prudentem, ac constantem coget, ipsiusque consensum extorquebit.

8 Monuerim tamen, non quascumque preces assiduas, importunas dici: sed quæ sunt instantissimæ, & sæpius repetitæ, & inculcatæ: ut probat *textus, auth. de hæred. & falcid. in prine. vers. Semper igitur collat.* 1. ibi, *semper igitur nobis importunæ sunt: ubi gl. verb. Importunæ*, ait, *ideſt, valde instantes*. Quod idem probat *text. l.*1. *C. de petitis bonorum, l.*10. ibi, *verecunda petentium inhiatione: ubi gl. verb. Inhiatione*, ait, *ideſt, frequenti petitione*. Quod etiam sacra pagina significat. *Judicum c.*16. ubi importunas Dalilæ preces sic explicat, *Cumque molestia esset, & per multos dies jugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens*. Idem significat *Archid. c. fin. 2. de reſcript. in* 6. ubi importunum (ait) dici quasi sine portu, & sine quiete: & docet *Peralta l. Si quis in princ. n.*94. *ff. de legat.*3.

9 Ad arg. proposita n.4. respondetur. Ad 1. desumptum ex sacris literis, respondeo illud probare, preces importunas continere in se aliquod coactionis genus, quare communiter dum aliquis importuna rogatione lacessitur, solet dicere. Hæc est violentia: minime autem probat esse metum cadentem in virum constantem: nec Samson constanter egit, dum victus amore, & importunitate mulierculæ secretum suæ fortitudinis propalavit. Ad 2. dico similiter omnes illos textus probare importunitatem aliquo modo cogere: & ita solemus dicere vulgariter, *concedillo a mas no poder, porque me sacavan el alma con importunaciones*, non tamen probat de metu gravi, & justo. Et ita caute *Salicet. l. Eum C. de apellatis, n.un.* dixit, quæ importunis suasionibus fiunt, dici fieri quasi violenter: ut significet non continere violentiam: *el l.*1. *t.*19. *p.*7. *fin.* dixi *como en manera de fuerça es*. Ad 3. 4. 5. & 7. resp. omnes eos textus loqui de persuasione dolosa, præsumit enim jus in illis importunis suasionibus dolum commiscri: & ita explicat *Dynus reg. Scienti*, 27. *de reg. jur. in* 6. *n.*3. & 4. *Salic. l. un. n.*30. *C. de raptu virg.* Quare dum *l.*1. *C. Ne filius pro patre*, dicit pecuniam extortam, esse authoritate præsidis recuperandam, & *gl. verb. Extortam*, explicat, suasionibus: exponunt ibi *Bald. n.*1. & *Salic.*2. persuasionibus dolosis, quæ errori æquiparantur. Ad 8. 9. dico tantum probare importunitatem esse genus quoddam quasi violentiæ, ut explicui in solutione ad 2. Ad ult. dico, si attendantur primi motus iræ, & tædii, quorum nimia importunitas causa esse solet, fateor plus urgere etiam virum prudentem sæpe, quam minas, & veluti cogere ad quodvis stultum, & ineptum faciendum, ut importunitatem, & tædium illud repellat: verum si ad motus rationi, & prudentiæ, & constantiæ conformes attendamus, id non est verum, nec prudentem, ac constantem illis cogi decens est.

DISPUTATIO VIII.

An contractus celebrati metu viri constantis, sint ipso jure irriti, vel irritandi?

SUMMARIUM.

Contractus metu initi an sint ipso jure nulli, vel annullandi, quid conferat scire? num. 1.

Refertur sententia dicens esse ipso jure irriti, n. 2. *Et per eos non transfert dominium*, 3.

Verba præsentis temporis dispositionem ipso jure inducunt, 2.

Valent contractus metu initi, donec rescindantur, tam jure naturali, quam positivo, 4.

Transfertur dominium per tales contractus, 5.

In quibus casibus metu gesta sint ipso jure nulla? remissive, 6.

Rescinduntur tales contractus, sive is in cujus favorem celebrantur, sive alius eo inscio, metum intulerit, 7.

Non rescinduntur, quando metum passus incidit culpa sua in metum, 8.

*Quid si incutiens metum posset juste inferre, at si vir minetur mortem uxori deprehensæ in adulterio, & quid, si solam accusationem, n.*9. *Et explicantur l. Mulier, & l. Nec timorem, ff. de eo quod met. caus.*

Solvuntur arg. & explicantur l. 1. *C. de resciden. vendit. & l. Qui in aliena.* §. *Celsus, ff. de acquir. hæred. & l. Qui in carcerem, & l. Si cum exceptione*, 5. *In hac actione, ff. de eo quod met. cauſ. & l.*3. *c.*5. *p.*5. *n.*10.

*Solvuntur alia arg. quibus probatur per contractum metu extortum non transferri dominium, n.*11. *& ibi explicatur l. Metum autem præsentem*, 9. *Volenti, &* §. *Licet, ff. de eo quod met. cauſ. & an res metu extorta restituenda sit cum fructibus: & qui habet alionem ad rem, rem ipsam habere videtur. Et resoluto jure datoris resolvitur jus accipientis.*

1 Disputationi de matr. metu initi irritatione, opere pretium duxi præmittere disputationem de aliorum contractuum annullatione, ut vel sic percipiatur differentia inter matr. & ceteros contractus: & quia aliqua principia hic disputanda, passim alleganda sunt in disp. de matr. Et existimabit aliquis quæstionem esse de nomine, parumque conferre, sive dicamus esse ipso jure irritos, sive irritandos: cum omnino rescindendus sit contractus, restituendaque sit res cum fructibus, perinde ac si contractus ab initio irritus esset: ut statim declaravimus, sed falletur sic existimans, (ut optime docet *Navar. Accepta, de restispoliat. opposit.*5. *n.*2) nam, v. g. si dicamus renunciationem beneficii esse ipso jure nullam, dum metu gravi facta est, dicendum est teneri renuntiantem recitare, & posse ad titulum illius beneficii ad ordines promoveri: cum vere sit suum. Ut optime infert *Navar. ibi n.*12. Contrarium tamen in utroque casu dicendum esset, ubi illa renunciatio valida esset, quamvis rescindenda: ut probat *ibi Navar.n.*21. 22. Quia jam beneficium non est renuntiantis. Similiter si testamentum metu factum, validum sit, succedet hæres in eo instituus, ab eoque auferet fiscus tamquam ab indigno: si vero invalidum sit ipso jure, succedet hæres ab intestato. Ut bene *Padil. l. Interpositas n.*9 *C. de transi.* Similiter si dicamus, sponsalia metu facta esse nulla, non oriretur inde publicæ honestatis impedimentum: quod secus dicendum esset, si dicamus esse valida, at pro modum irritanda.

2 Duplex igitur in hac quæst. est opinio, I. docet contractus tali metu initos, esse ipso jure nullos. Prob. ex *l.*1. *C. de rescind. vend.* ibi, *irrita est*: quæ verba cum præsentis temporis sint, dispositionem inducunt ipso jure, juxta doctrinam *gl. l. Jubemus* 14. § *Oeconomus, verb. Privetur, C. de sacros. Eccl.* & *l.*5. *verb. Habeas, C. de jurisd. omn. jud.* & testatur communem *Cremensis sing.* 7. *Jas. l.*2. *num.*13. & *l.*5. *C. de jur. emph. Tiraq. cum multis, l. Si unquam verb. Revertatur n.*21. & *seq. C. de revoc. donat.* Et confirm. ex *l.*3. *in princ.t.*5. *p.*5. ibi, *fuerca ni premia no deve de ser fecha a ninguno de vender, e si alguno la fiziese a miedo non valdria*. 2. prob. ex *l. Qui in aliena*, 5. *Celsus, ff. de acq. her.* ibi, *qui metu verborum, vel aliquo timore coactus, fallos adierit hæreditatem, sive liber sit, hæredem non fieri placet, sive servus sit, dominum hæredem non facere*. Ergo metu gesta, tunt nulla ipso jure 3. prob. ex *l. Qui in carcerem*, 22. *ff. de eo, quod met. cau.* ibi, *qui in carcerem quem detruſit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est nullius momenti est*: ubi apparet, contractum metu celebratum, esse ipso jure nullum: nam ea verba, *Nullius momenti*, important idem, quod nullius vigoris, *c. Ordinari in fi. de offic. ordinarii in* 6. & ibi notat *Archid.* Et ita intelligunt illum textum multi, quos refert & sequitur *Roland. cons.*2. *n.*83. *l.*13. prob. ex *l.*2. *ff. de jurisdictioni cognitione, nulla est prorogatio ipso jure*. 5. prob. cum dolus dat causam contractui bonæ fidei, est nullus ipso jure contractus, *l. Et eleganter*, 5. *l. ff. de dolo l.*57. *t.*5. *p.*5. at metui dolus inest, *l. Si cum exceptione*, 5. *Eum qui, ff. de eo, quod met. cau. l.*2. 6. *Doli mali ff. de vi bonor. rator.* & advertit *Sarmiento l.*2. *select. c.*11. *n.*3. atque ita æquiparari solent dolus, & metus. *c. Cum contingat,*